care quia tenet̄. Itē qñ quis iurauit n̄
mutare sepulturaz vel testm̄:q2 potest
ex noua cā vt ifra. Sepultura. Facit
quod no. Pa.i.c.veritatis.d̄ iureiurā.
vbi dicit φ si iurauit respectu dignitat̄:
vel alteri⁹ qualitatis existētis ī iurāte
vel ī illo cui iurat̄ φ illa deficiēte n̄ te-
net̄. Puta iuraui tibi qñ eras ep̄s obe-
dire:nūc cum sis dpositus nō teneor.c.
venerabilē.de elec.vel iuraui tāq̄ cāo
nic⁹ vel scholaris.ar.d.c.venerabilē.⁊
c.cū inter.p.⁊ qd̄ ibi no.d̄ renū.⁊ tenet
Fede.ɔsi.158. sz istud dictum suū limi
tat Pa.qñ iurauit n̄ simplicit̄ sz vt tal̄.
secus si simplicit̄: q2 sēp obligat̄ si ver-
ba iuramēti iportāt.ar.32.q.8.c.vnico
nisi vt dictū ē veniret ad talē statum ī
quo si vellet iurare esset temerariū:qd̄
no.bene.
13 ¶ Undecim⁹ qñ ē ɔ̄ bonos mores na-
turales.vt puta q2 p̄bet occasionē deli
quēdi:vt i.c.quēadmodū p̄dicto.⁊ ī re
gla.nō ē obligatoriū.de re.iu.li.6.Exē
plū vir iurat nō agere ɔ̄ vxorē rez amo
tarū q2 nō valet:vt.ff.de pac.do.l.ɔue-
nire. Rō q2 tale iuramētū p̄beret occa-
sionē mulieribus furādi. Silr q̄ iura
uit nō denūciare aliquē nō tenet̄ q2 eēt
ɔ̄ bonū aīe delīquētis ⁊ charitatis.2.q
i.si pec.auerit.⁊ de iudi.c.nouit. Facit
l.si vn⁹.§.pacta.ff.de pa. limitat tamē
istō exemplū Ho.in.d.c.q̄admodum.
verū φ nō tenet̄ nisi qñ vellet d̄nūciar̄
soluz propt̄ ɔmodū pprīū:q2 sic nō lice
ret. Facit.c.ad nostrā.el pmo.de iureiu
rā.sz oz denūciet vel agat pp bonū cōe
p̄ncipal̄r.⁊ si scd̄ario pp bonū ppriū.
¶ Sz q̄d de accusatione.dic vt.s̄. Ac- 14
cusatio.§.6.
¶ Duodecim⁹ qñ iuramētū ē ɔ̄ votum 15
vel pmissionem p̄us factā:vt in.c.sicut
ex litis.de spon.⁊.c.quāto.de iureiurā.
⁊ in.c.itellecto eo.ti. Intellige si pmis-
sio ēt fuit simplex fm Ho.⁊ Pa.⁊ In-
no.in.d.c.sicut.q̄uis post Inno.tenet
ɔ̄riū in.c.veniens.de iureiu. sz non ē
vez p.c.iuramēti.22.q.5.
¶ Sz q̄ro vtrū act⁹ gestus ɔ̄ primum 16
iuramētū sit ip̄o iure nullū. Re. Pa. in
d.c.intellecto.φ si act⁹ depēdet a mera
volūtate iurātis:puta q2 nullo iure p
hibetur sic tenet. Un̄ dicit Inno.in.c.
dilecto.de preben.φ si q̄s iurauit non
alienare libzū:⁊ tn̄ alienauit tenet alie
natio:lz sit piurus. Facit.c.vltia volun
tas.13.q.2.ī glo.vbi tāgitur φ q̄ iura-
uit nō mutare testm̄ si mutat tenet fm
licz sit periur⁹: nisi ī casu. de q̄.s̄.§.12.
Ho.in.c.cū marthe.de celebra.mis.te-
net φ n̄ valet fm testm̄. Sz Jo.an.in
r̄la. qd̄ semel placuit li.6.tz φ valeat:
nullo iure cauet̄ φ sit nullū factū p qd̄
fit ɔ̄ iuramētū:qd̄ verū ē qñ act⁹ depē-
det a mera facultate iurātis. Si autē
dispositio act⁹ n̄ dependet a mera volū
tate iurātis: puta q2 interdicit̄ a lege
fauore ip̄ius iurātis. exēplū ī muliere
⁊ minore q̄ nō possunt alienare vl̄ aliū
ɔ̄ctum facere sine certa solēnitate:⁊ tē
actus iurat⁹ ɔ̄ p̄mū iuramentū nō va-
let ip̄o iure.⁊ sic itellige glo.c.licet d̄ iu
reiur.li.6.rō q2 act⁹ s̄m iuramento erat
ip̄o iure null⁹ obstāte pbibitione legis.
rōe aūt iuramēti sustineri nō pōt:iam
obligauerat se deo p p̄mū iuramentū:
⁊ sic fz iuramētū fuit illicitū: ⁊ idē dic
qñ act⁹ pbibet̄ rōne publice vtilitatis
⁊ iste ē casus.d.c. intellecto. Dic ergo
φ si lex seu statutū nō resistit actui iu-
rato φ si fiat ɔ̄triū n̄ est ip̄o iure nul-

ius.sec⁹ si resistit. Ita tenet Archi.i.c.si
a sede.de preben.li.6.Gaspar.d calde.
in.c.cū ɔtingat.de iureiurā.τ Spe.de
emp.τ vē.qd no.p cautela mulierū q̄ ti
ment ne īducātur ad aliqua facienda
ne in eorū preiuditium φ iurāt pus in
manu alicui⁹ corā testib⁹ se nolle tales
alienationes vł renuntiationes facere:
dummodo quādo contrarium faciunt
intendunt non facere contra iuramen-
tum primum.s.non effectualiter renun
ciare:sed solum verbaliter:quia sic nō
erunt periure in conscientia eo φ pri-
mum iuramentum itellexerūt effectu-
alit' n̄ ꝟbaliter solum.
17 ¶ .iz.Non est obligatorium iuramen-
tum quando ille cui est p̄stitum fran-
git fidē iuranti. Sed no'. secundum
Pa.i.c.puenit.el secūdo de iureiurā.
φ qn̄ due obligationes respiciunt se ad
inuicē:puta pmisit tibi equum pp qd
ali⁹ pmisit mihi cētum:τ sic si ego nō
seruo pmissū:nec ille tenebit mihi d cē
tum:τ sic intellige illd. Frangēti fidem
fides frangat eidē.ff.p socio.l.si conue
nerit.in fi.28.q.2.si infidelis.ff.d iof-
fi.testa.l.instituta.C.de pac.l.cum p-
ponas la scda.τ sic intelligit decre.c.p-
uenit.τ.c.constitut⁹.de penis.idē dico
qn̄ conditionaliter promisi:puta iura
ui ire romam si dederis centū: si non
das nō teneor: q2 pmissio mea nō puri
ficat nisi a tpe existētis conditionis.l.
cedere dié.ff.de ver.signi.Insti.de ver
bo.obli.§.ex ɔditionali.Qn̄qz aūt obli
gationes n̄ referunt ad inuicē sed ad di
uersa.Exemplum pmisi tibi simplr cē
tum:τ nō ex hoc sed simplr pmisisti mi
hi aliqd facere:tūc lz ego n̄ impleam p
missum:tū aliter tenet:q2 n̄ promisisti
mihi rōe pmissionis mee lz simplr:τ d
spē ad spēm nō fit compensatio:vt no.
in.c.2.de deposito.hoc tenuit Cy.in.d
c.cum pponas:τ sic itellige.c.noli.23.
q.1.vbi dz φ hosti seruanda ē fides:nec
obstat.c.qd deo patri.32.q.2.d voto vi
ri τ mulieris:vbi lz alt' frangat: alt' tū
tenet seruare.q2 ibi simplicit' q̄lz eorū
vouit deo non conditionaliter:τ ei est
obligat⁹.

Additio Secus si conditiona-
lit' saltem tacite: puta
q̄ de hoc cogitasset nō iurasset:q2 sic nē

tenetur per ea que dixi supra.iuramen
tum .4.in prin.et iuramentum.6.§.1.
in fi.
¶ Sed qd si ille cui iuraui nō implet 18
promissum ex necessitate aliqua:puta
quia non potest.Re.φ nihilominus ego
nō teneor ad iuramētum factum pro-
pter illud:quia videt tacite sub tali cō-
ditione iurasse.et hoc tenet.d.An.et
Pa.in.c.sicut.el.3.de iureiur.τ placet,
licet alij teneant hoc verum quādo so
lum n̄ teneri ex negligentia alius non
attēdit.vel ex volūtate.
¶ Utrum ille qui iurauerat seruire sb 19
certa mercede soluenda quolibet men-
se qui non potuit implere seruitium p
pter defectum solutionis: puta quia
non potuit stare in loco:nunquid pote
rit agere pro interesse suo ex quo per
eum non stetit.Re.Albri.in.l.ediles.ff.
de edili.edic.φ sic.pro hoc bonus tex-
tus in.l.si in.l.§.colonus.et in.l.qui
operas.ff.loca. Secus si non imple-
uit seruitium cum posset:quia non ha
bebit salarium per predictam.l.ediles.
§.1.et per.l.Julianus.§.offerri.ff.de
act.emp.τ ven.
¶ Utrum iurans vel promittens non 20
expellere inquilinum possit expellere:
si non soluit pensionem.Re.φ secundū
Pa.in.c.tua nos de iureiuran. Facit
l.quero.§.inter locatorem.ff.locati.
vbi patet φ si conductor preterit id qd
tenetur ex natura contractus: non te-
neri ei locatorem ex promissione loca-
tionis. Idem dico in parte qui promit
tit non exheredare filium. Intelligi-
tur nisi crimen ingratitudinis commi
serit.l.quidem cum filium.ff.de ver-
bo.obliga.et generaliter secūdū Bar.
in.d.§.inter locatorē. Dic.§.facit ad
omnes contractus in quibus aliquid
vltro citroqz promittitur: vt quilibet
non teneat seruare quod promisit si p
aduersam partem non seruatur id pp
quod sunt promissa.d.§.offerri. Simi
liter si vir iurauit nō dimittere vxorē
Intelligitur nisi faciat contra legem
coniugij.vel si promisit dotem potest
d'mittere si non soluit iuxta no.in.c.
vestras.de dote post diuor.rest. Item
si iuraui te n̄ offēdere itelligit nisi cau
sam offensionis commiseris.l.q̄ seruū
ff.de

ff.de ver.ob. Facit qd notat in.l.cū pater.§.libertis.ff.de lega.2.ꝛ qd no. in d.c.quēadmoduz.in glo.

¶ 14.Quādo mādatū legis vel supioris vult cōtrariuz iuramento:puta iuraui tibi dare decē. Judex precipit ne tibi dare debeas ex aliqua legitima causa nō teneor:c.significauit.de consi.l.si. ff. q satisda.cogā.vel de lege.puta fuisti excōicat⁹ post iuramentū tibi factuz de aliq̄ tibi dādo nō teneor nisi absoluaris de quo tamē dic vt supra. Excōicatio 8.§.12. Jdeo in omni iuramēto subintelligitur. Saluo iure superioris vel alterius ſm Jo.an.in.d.c.quēadmodum.facit.c.veniens.eo.ti.

¶ 15.Quādo iuramentū est in p̄iudiciū alterius:puta canonici iurant ꝙ si aliquis eorū efficiat episcopus seruabit quedaz in preiudiciū episcopalis dignitatis. Nam talis factus eps nō tenetur:vt in.c.sicut est nostris.de iureiuran.Idem dic si cardinales iurassent in preiudiciū sedis apostolice ꝙ assumptus in papaz nō teneretur. Silr cum vir iurauit nō stare cū ppria vxore. Intellige propter odium:quia nō tenetur ꝛ etiam ppter continentiā. Sed tunc ad requisitionez vxoris tenetur reddere:sed nō exigere:quia illud est solum in preiudiciuz suū.vide quod no.l.c. tua nos.de iureiuran.in glo.hoc videt tenere Hosti.Tancre.Bof.ꝛ Jo.an.ibidez dic cū quis pmisit tenere secretuz: quia quādo est alteri nociuū nō tenet: quin possit ꝛ debeat reuelare illis qui possunt prodesse ꝛ nō obesse.22.q.5.ſ videtur. Sentit glo.in.c.ego.de iureiuran. Similiter intelligit ꝙ nō tenet reuelare nisi producat in testem: quia ſm Jnno.in.c.qualiter ꝛ quādo el primo.de accu.tenetur dicere etiam si cogitasset de hoc quādo iurauit. Facit.c. quia plerūq.de off.ordi.li.6.ꝛ.c.constitutis.el primo.de testi.ꝛ.c.olim de accu. Jtem cum quis exigit iuramentuz ab aliquo de veritate dicenda. Si talis ē homo ferus de quo presumitur verisimiliter ꝙ procedet nō seruato ordine iusticie:sic non tenetur reuelare quod scit etiam si posset probare.similiter et quis nō sit crudelis:sed qui procedet ordine debito,nō debet reuelare et q̄ si potest probare.ar.c.si peccauerit.2.q.1.ꝛ.2.q.7.plerūq.hec Rodo.Jllis tn̄ qui possunt prodesse sed nō obesse tenetur si iurauit.ar.22.q.5.hoc videtur Jdem dic de eo qui iurauit non p̄stare auxilium tali. Jntelligitur.ſ.iniuste ſm Jo.allegat.c.petitio.de iureiur. et c.i.ſ his que si.a maio.par.ca.ꝛ.c.graue.de excess.prela.etiam si iurasset ſ iusto auxilio nō dando non obligatur: quia iuramentum nō ligat ad illicita ꝛ contra ius.d.c.quāto.eo.ti. Jtez dic de illo qui positus in dignitate ꝛ alienans bona iurat non reuocare ꝙ non tenetur:vt in.c.intellecto.eo.titu.quia est in preiudicium alterius.s.dignitatis.c.cum contingat.in si.eo.ti.c.2.de pac.li.6. Et hoc tene etiaz si nō iurasset prius nō alienare:licet glo. sentiat oppositum in.d.c.intellecto per predicta.ꝛ hoc intelligo in notabili alienatione per quam leditur dignitas notabiliter. Secus esset in re modica:quia proprium est principum donare.c.i.de dona.ꝛ in iuramento facto a prelato de non alienando nisi consulto papa nō debet referri ad modicam alienationem:quia iuramentum nō extēditur ad verisimiliter non cogitata:c.veniens.eo.sentit fede.consil.203. Jdeo iuramentum filiorum fa.ꝛ minorum ꝛ vxoris ꝛ seruorum non valet in preiudicium illorum qui eorum curaz habent:ꝛ ideo possunt ea irritare sicut ꝛ vota.secundum Nicolaum de lira super.c.30.nu.secus in alijs:puta voto castitatis:sicut de voto habes.infra.votum.2.

¶ 16.Qn̄ iuramētū ē ꝯ legē positiuā vł statutū.ꝛ lz fuerit multe opiones vt recitat Pa.in.c.cū ꝯtingat.de iureiu. tn̄ istō mihi vr̄ veri⁹ dicēdū circa istud qd 25
aut lex positiua aut statutū aliq̄d phibet pp bonos mores ꝯseruandos:ꝛ ꝯ hāc nō vz iuramētū:vt ī regula nō ē obligato:ri.de regu.iu.li.6. Exēplum ī muliere q̄ viuēte viro dedit fidē adultero de ꝯhēdo post mortē suiviri cū eo nō valet. Et itelligo de bonis morib⁹ naturalib⁹:qꝛ sic lex ē indispensabilis ꝛ inuariabilis.5.di.in pnn.ꝛ.8.distinct. que contra bonos. Secus in bonis moribus ciuilibus:quia [illegible]mentum

contra ip'os valet.c.significante de pi-
gno.vbi valet iuramentum contra pa-
ctu legis commissorie. Aut lex seu sta-
tutum fundat super bono publico prin
cipaliter: et sic non tenet iuramentū fa-
ctum contra: quia pactis vel iuramen-
tis priuatorum ius publicum remitti
non potest.ad hoc.l.ius publicum.ff.de
pac. Aut lex seu statutum non est fun-
datum in bonis moribus naturalibus
nec super bono publico pncipaliter: sed i
odium aliquorum. et sic tenet iuramen-
tum qn potest sine dispendio salutis i-
pleri: licet non sine dispendio rerū tpa
lium: vt in.d.c.significante: et in.c.debi
tores de iureiu. Idem dicendū qn.l.pn
cipaliter est fundata sup fauore puato:
licet sequenter et secūdario sup publica
vtilitate qp iuramentū ligat. Et iste est
cas' pprie.c.2.de pactis.li.6. Et hoc qn
non continet aliquā turpitudinē cōtra
bonos mores naturales: nec ex parte iu
rantis nec ex parte materie super qua p
stat: nec contra bonū publicū pncipalr
Et ratio quare teneat iuramentū in istis
duobus casib' est: qz iurando nō pecca-
uit: qz talis lex potius ē puilegiatiua qp
preceptiua: et ideo ei' contrariū non est
in dispendiū salutis eterne: sz solū rerū
temporaliū. Aut si peccauit transgredi
endo tn̄ pōt seruare sine pctō et tō tenet
iuramentū.c.et si xp̄s.de iureiu.innocto
§.illicitū.22.q.4.sec' autē eēt qn est cō-
tra bonos mores naturarales: vel con
tra i' publicū pncicipaliter: qz sine pec
cato seruari non potest.

¶ Utrū talis contract' fact' contra legē
vel statutū principaliter fundatum su-
per fauore vel odio priuator: ita firmet
iuramento qp etiam heredes obligent.
R. sm Pa.in.d.c.cum cōtingat: qp cois
opinio est qp sic: qz iuramentū cōfirma-
toriū validat actū inualidū et ex eo orit
actio.vt in aut.sacra puber.C.si aduer
sus ven.limita nisi dolo vi vel metu sit
iuramentū extortū: vt in.c.contingit.e.
ti.et.c.lz eo.li.6.et in.c.2.de pac.lib.6. et
dcā autē.sacra puberū.sec' esset in iura
mento introductorio obligationis: pu-
ta iuro tibi dare centū nulla cā precedē
te: qz iste non est mod' inducende obli-
gationis nisi in liberto: vt in.l.vt iure.
iurā.in prin.ff.de ope.lib.et.l.fi.ff.de lib.

cā.et ibi Gull.de cu.et Bar.in.l.iusiuran
dum la.2.ff.de iureiu.et tō nō ligare he
redes de iure ciuili: sz de iure canonico
si fuit in culpa nō implendi.et iuramē-
tum erat simplex: puta iurauit dare.x.
et penituit de peccatis suis: credo qp te-
neatur per id qd dixi.s.Heres.§.5.

¶ Sed qd si in pdicta.l.vel statuto fū 25
dato sup bono puato vl odio dicat non
valere ctū nunqd valebit si iuramen-
tū interponat. R.qp sic. facit qd no.In
no.in.c.2.de regula.vbi dic qp in istis
spūalib' i' naturale pfert iuri positiuo.

¶ Quid si addat statuto qp si seruata n̄ 26
fuit solennitas debita psumit dolū vel
aliā illicitam cām. R.qp si cstat contra
ctum esse ver et non ficticiū aut dolosū
quo ad ipm minorē et hmōi p quo fit
sic iuramentū ligat tam in foro aie vbi
creditur pro se et contra se: vt.j.c.significasti.
el primo.de homi.et no.in cle.i.de pēis
qp etiam in foro cōtentioso: qz cessat rō
statuti. Si vero fuerit dolus vel fraus
tunc si statuto suberat cā presumendi
dolum: vt qz communiter in loco deci-
piebant dolose minores: tunc saluabitur
opinio Bal.et Bar.et alior qui tenēt iu
ramentū non valere: qz nō tollit psum
ptionem statuti legitie inductā.sec' eēt
si statuto nō suberat cā presumēdi frau
dem: quia tunc ligat iuramentum.

¶ Sed quero.eps statuit qp qlz cleric' 27
absens reuertat infra certū diez sub pe
na excoicationis: cleric' de lnia epi iue-
rat ad studiū et iurauerat creditori suo
non recedere ante eius solutōnem: que
rit an obliget iuramentū vel preceptū
plati seu leg.et videt qp iuramētū sit nul
lū: qz contra obediētiam superioris non pōt
seruari sine interitu salutis.s.d.c.cū ctin-
gat.et.c.2.de pac.li.6.sz Pa.in.c.venien
tes.de iureiur.dicit.et est dcti Jo.an.in
mercurialib' in regula in malis pmis-
sis li.6.qp ex quo cū lnia epi fuit in stu-
dio et p necessitate studij cxit debitū: vt
se obligasse cū licentia episcopi: qz vno
concesso conceduntur omnia sine qbus il
lud non habet effectū.c.preterea.et.c.
prudentiam.de of.dele.et.l.ad rem mo
bilem.et.l.ad legatū.ff.de procu.et sic n̄
debet recedere: sed seruare iuramentū.
secus si sine licentia episcopi vel non p
necessitate studij: sed pro lasciuia: quia
tunc iur a

tunc iuramentum non valz contra obe
dietiā supioris. Idē dico i pře reuocan
te filiū q̄ p̄dicto modo iurauerat. ⁊ idē
de quolz subdito. ⁊ facit ꝑ mercatoꝛib⁹
q̄ cōtra ꝓhibitionē suoꝝ dñoꝝ vadunt
ad certa loca ꝓhibita ſʒ qđ ꝓuibeṫ pñt:
vt i.l.fi. ⁊ qđ ibi no.ff.de decre.ab oꝛ.
fa. ⁊.l.mercatoꝛes.C đ cōmer. ⁊ mer. ⁊
l.relegatoꝛum.ff.de iterdi. ⁊ re. ⁊ qđ ibi
no.qꝛ nō poterūt se obligare ad ibi stā
dū:nisi supiores tacite vł expꝛſſe ꝯſētiāt
28 ¶ 17. Nō obligat iuramētū qñ iuramē
tū poniṫ super ꝯtu simulato: ſʒ distin
gue ſʒ Pa.i.d.c.cū ꝯtigat:ꝙ aut simu
latio ē de cōsensu vtriusqꝫ ꝑtis taꝫ sup
ꝯtu q̄ȝ super iuramēto: ⁊ tūc si ex iusta
cā:puta iusto tioꝛe vel qꝛ idigebat mu
tuo cōcepit pignus i foꝛma vēditionis
vt creditoꝛ lucrareṫ fruct⁹: ⁊ sic nō obli
gat iuramētuꝫ:qꝛ defuit cōsēsus ⁊ fuit
iusta cā simulandi.ad hoc.c.i.ꝙ met⁹
cā: ⁊.l.fi.l.C.đ ñ nu.pe. si v͛o ex iniusta cā
fit:puta cā fraudādi gabellas vł alit̄ ad
fraudationē ꝓximi simulauit vnū con
tractū eē aliū: ⁊ iurauit singula ꝯtenta
i istrumēto vera tūc eo ipso ē ꝑiur⁹:qꝛ
simulatio itētiōis ex iniusta cā nō excu
sat:vt no.i.c.iterrogasti.27.di.sicut il
le q̄ p̄ce vel p̄cio deposuit falsū. c.i. de
cri.fal. ⁊ volens ꝯuenire nō dꝫ audiri.
sed si iurasset solū nō cōtrauenire illi
cōtractui quē simulabat i deceptioneꝫ
ꝓximi lꝫ grauiter peccauerit iurādo in
dānum ꝓximi:tñ nō obligaṫ:qꝛ defuit
cōsensus.vñ respectu dei nō exigiṫ ab
solutio a iuramēto.ar.c.tua.de spon.
sed i foꝛo cōtētioso cōpelliṫ obseruare:
nec audiṫ volēs allegare turpitudineꝫ
suaꝫ. ⁊ hoc verū iquātū est solū i p̄iudi
ciū suū ⁊ nō iminet piculuꝫ aīe. Aut si
mulatio soluꝫ erat sup cōtractu ex ꝑte
vtriusqꝫ:sed iuramentuꝫ interuenit ne
agat ꝯ tacite vel expꝛesse: ⁊ hoc ne ꝯt⁹
feneraticius detegeretur.

Additio Exēplum.pignoꝛauit
rē q̄s ⁊ tñ simulauit
vēdere: vt mutuās faciat fruct⁹ suos iu
rauit nō detegere pignoꝛaticiū ꝯtum
sed ſuare. ⁊ tūc iuramentū obligat: ⁊ ꝑ
inde ē ac si iurasset soluere vsuras. Fa
cit qđ no.Cy.in.l.si ex cautiōe.C.đ nu.
pe.vbi cōcludit ꝙ iurās nō opponere
exceptionē de nō nu.pe.obligaṫ.lꝫ sim
plex renūciatio nō valeret. In foꝛo tñ
aīe si nō hūit intētionē obligādi se n̄ te
neṫ:vt dixi.đ. aut simulatio ē de vno ꝯ
tu ad aliū ꝯtuꝫ q̄ nō pōt seruari sine
peccato:vt cōtract⁹ simoniac⁹:lꝫ ꝯcipia
tur sub alio ꝯtu:qꝛ tūc iurās scienter
peccat moꝛtalr ⁊ teneṫ nō seruare. 22.
q.4.ꝑ totū. Aut simulatio fuit ex ꝑte
iurātis tm̄ sup ꝯtu solū ab eo simula
to:vt qꝛ aliud gerebat i coꝛde aliud in
verbis.vel vsus ē verbis duplicib⁹ cal
lide iurādo: ⁊ tūc ſm Pa.in.d.c.cū ꝯ
tingat.intelligitur ſm itētionē recipiē
tis: ⁊ sic deus vł recipere.22.q.5.q̄cun
qꝫ: ⁊.§.ex oībus. ⁊ sic ligat iuramentuꝫ
ſm distinctioneꝫ de qua supꝛa. Jura
mentum.4.in pꝛin.
29 ¶ Sed quod remediū erit quando iu
ramentū iteruenit ne i ꝯtu simulato
vsure petanṫ:ex quo iurauit nō agere
cōtra tacite vel expꝛesse. R. ꝙ ad verba
iuramēti ē recurrendū:ꝙ si verba ex
cludant actuꝫ ⁊ exceptionē tacite vł ex
pꝛesse:tunc denūciet ecclesie q̄ poterit
eū absoluere.d.c.quēadmodū.ꝙ si iu
rauerit nō denūciare nō vꝫ iuramentū
vt dcm̄ ē. Itelligo quādo p̄ncipalit̄ fa
cit ex zelo saluṫ ꝓximi:lꝫ secūdario ꝑpē
suaꝫ vtilitatē:qꝛ sic principaliter face
ret ꝑꝑ suaꝫ vtilitateꝫ:nō credo tut⁹ sic
in cōscientia:ex quo iurauit nō denun
ciare. ⁊ sic itelligo. ⁊ limito.c.i. ⁊.c.debi
toꝛes.de iureiurando.
30 ¶ 18. Nō obligat iuramentū rōne ipos
sibilitatis vel necessitatis aut magne
difficultatis p⁹ venietis. Nā de ipossi
bilitate dr. Impossibiliū nlła ē obliga
tio.ff.de re.iur. de necessitate ⁊ magna
difficultate dicūt doc.i.c.querela.de iu
reiu. ⁊ i.c.breui.eo.ꝙ excusat a ꝑiurio
rō qꝛ de⁹ respicit animū nō manū.14.
q.5.si q̄d iuenisti. ⁊ facit.l.fi.ff.q̄ satis
da.co.vnde dic̄. Inn.in.c venerabileꝫ.
de elec.ꝙ vrgente necessitate pōt q̄s
ꝓpꝛia auctoꝛitate frāgere iuramentuꝫ
si non potest haberi superioꝛ a q̄ petaṫ
absolutio.11.q.3.añcessoꝛ.
31 ¶ Sed q̄d si tēpoꝛe iuramēti credebat
se nō posse iplere vel nō habebat ꝓbabi
leꝫ causaꝫ credendi ꝙ posset facere. R.
Host.ꝙ peccauit moꝛtaliter iurando:
qꝛ defuit i p̄mo veritas:i secūdo iudi
ciū: ⁊ sic ē ꝑiurus.sec⁹ si ꝓbabilr credi

dit posse facere.
¶ 19. Non est obligatoriū iuramentuz quando quis non habuit animū obligandi se cū iurauit: puta q̄s dolo inductus iurauit q' omnino non iurasset nisi dolus fuisset: etiam si dol' venit re ipsa: q2 non tenet facit. l. tres fratres. ff. d pac. ꝛ. l. si soror. C. de colla. ꝛ Fede. cōsi. 195. vbi determinat filiam minorem seductam a fratrib' qui renunciauit bonis paternis credens q non valeant multo plus q̄ dos sua. q non valet quādo multo plus valent: q2 vbi dolus est ibi excluditur voluntas. l. i. ff. de dolo. tenet sanct' Bo. vbi. s. q. 2. ar. i. q vniuersaliter non obligat iuramentū si aimū obligandi n̄ habuit: debet tamē indēnitati proximi satisfacere si dolose dcepit eū scdm Ricar. ea. di. ar. i. q. 2. ꝛ an pec cet mortalr iurādo: dic vt. §. §. 9. facit. c
33 veniens. co. ꝛ. c. quintaualr. ibidem.
¶ 20. Non obligat qn̄ iuramentū commutatr in melius: vt in. c. peruenit. el. 2 de iureiur. sed hoc habet duas limitationes. primam q hoc est verū qn̄ vtrūq3 non potest impleri scdm. d. Anto. in dicto. c. peruenit. Nam tūc quando iuratum est impeditiuū vel turbatiuū maioris boni: licet sit tutū habere liciam a superiore: tamen non est necessaria: q2 potest ɔtrauenire iuramento. allegat. c. commissum. de spon. ꝛ. c. licet. de regula. allego. c. scripture. de voto. vbi hoc tenet Inno. aperte. facit glosa in. c. monach'. 10. q. 4. ꝛ. 33. q. 5. noluit. secus essz si bonū iuratū nō esset impeditiuū maioris boni: sed vtrūq3 possz fieri: quia sine licentia superioris non posset cōtrauenire iuramento: licet episcop' posset dispensare vt contraueniat ratione maioris boni scdm Inn. in. c. dbitores. eo. ti. Silr dic si eēt dubiū āt ēet mai' bonū necessario reqrit dispensationez epi. ar. c. i. de voto. Secūda litatio est q vera est dicta regulā qn̄ iuramentū non cōcernit propriam vtilitatem alicui': q2 si concerneret non esset vera etiaz si vnū sit totalr impeditiuū alteri': nec pdest in hoc auctoritas superioris: facit qd no. in. c. q̄to. eo. ti. ꝛ in. c. cū inter pe. d renū ꝛ Jo. an. in mercuri lib'. in regla. ma lis de regu. iur. li. 6. Nam debitor q iurauit vnam rē dare non potest dare aliam p illa inuito creditore. l. 2. §. i. ff. si cer. pe. ꝛ insti. q. mo. tol. obliga. in pri. nisi velit in propriam religionis obseruantiam commutare: ꝛ vnū ē impeditiuū alterius: ꝛ hoc placet fauore religionis: ꝛ ēt seqr Pa. in. d. c. puenit
¶ 21. Non obligat iuramentum secundum aliquos qn̄ id qd iuratur cōsistit in facto vt teneat precise ad factuz. Rō q2 sm aliquos de iure cili obligatus ad factum sufficit si soluat iteresse: vt in. l. stipulationes non diuiduntur. ff. de v. obli. ꝛ in. l. si quis ab alio. in. fi. ff. de re iudi. q2 secundum communiter doc. tenetur vel ad factum vl' ad interesse ꝛ nō precise ad factuz: vt notat Bar. in. d. l. stipulationes. sed dico contrarium: scilicet q precise teneatur ad factuz de iure diuino ꝛ canonico. Et hoc intellige si potest impleri ꝛ non sit contra bonos mores ꝛ aliquod predictoruz in quo nō obligat iuramentum. ꝛ probatur hoc p c. i. ꝛ. c. qualiter. de pac. ꝛ. c. iuramenti. 22. q. 5. facit. c. licet. de voto: ꝛ. c. ex litteris. 2. de spon. ꝛ. c. nouit. de iudi. ꝛ. d. c. si xp̄s. ꝛ hoc videt sensisse Bar. vbi. s. qui vult q vbi obligatio descendit a lege compellitur quis precise ad fcm̄. ar. in. l. qui liberos. ff. de ritu nup. ꝛ similibus. Idem dicit si a testatore: nisi inducatur spēs seruitutis persone: vt in. l. tercia. §. ticio: ꝛ. ff. de condi. ꝛ demō. hec regula esset vera qn̄ quis promisit factū alienum: quia non tnr nisi facere q̄tuz in ipso est bona fide d spon. ex lris. nec obstat quod dctm̄ est supra. Iuramentum. 4. §. i. quia ibi non tenebatur precise stare sententie: sed vel parere vel p̄stare penam. ꝛ hoc etiaz non haberet locum quando promittens precise intendebat se obligare ad parenduz snie. vl' potest dici q verum est q sufficit p̄star interēē sine periurio qn̄ factum esset inutile parti si prestaretur: vl' est fctm̄ impossibile: q2 tunc non obligaret iuramētum super tali facto prestitum.
¶ 22. Non obligat quādo quis iurauit seruare quod non est: puta iurauit seruare statuta: intelligitur de factis: ꝛ si adre statuta: intelligitur de factis: ꝛ si addidit q per idem iuramentum prestitum obseruabit etiam que fient nō obligatur ad illa que fient ratione iuramenti: ita q sit periurus: sed bn̄ ratiōe 35
pmissi

promissionis obligabit: vt in.c.cleric
e.tit.sed iste casus nō est rōne eius qđ
nō est:sed q: seruare futura nō iurauit
sed promisit solū per iuramentū prius
prestitū:nō tamen tunc factū: z ideo si
iuraret seruare etiā facienda teneret:
aliter esset periurus.
36 ¶ 23. Nō obligat iuramentū pstitū cir
ca ea que subdunt potestati alterius:
puta vxor que iurauit peregrinatōem
vel abstinentiā. sitr seruus monachus
z hmōi:z ideo nō pñt implere cū eis cō
tradicit a vero domino vel abbate. z đ
hoc dic vt.j.Uotuz secūdo. facit quod
s.dixi.§.22.
37 ¶ 24. Nō obligat iuramentū quando
animo euadendi solum ąs aliquid iu-
rat.ꝙ metus cā perlatum.31.q.2. Lo-
tharius.in fi.vnde q̄ iurauit redire ad
carceres:si carcer est iniuriosus nō tñr
redire.ꝙ metus cā.c.i.secus esset si nō
esset iniuriosus: quia tenetur etiam si
imineret periculum mortis sm glo.in
cle.pastoralis.de re iud.z Bar.in.l.re
legati.ff.de penis.Et ideo istud est ve-
rum quando vult euadere illud quod
indebite sustinet:z sic vt euadat iura-
mentum intendēs se obligare.secus si
intēdebat se obligare qñ iurauit:quia
tunc dic vt s.§.9.
38 ¶ 25.Nō obligat iuramentū quādo iu
ramentum est cōditionale vel propter
causam:q: nisi conditio extet vel cau-
sa nō obligat.de cōdi.appo.c.verū. de
iureiurādo.c.peruenit.el.2.z hoc intel-
lige quando tota obligatio ponebatur
in conditōis euentum vel propter cau
sam:alr tenetur. Unde iurans ire ad
sanctū Jacobum vt fratrem suū vide-
at z peccata sua redimat:lz frater suus
decesserit:tenet nihilominus ire ꝓpter
aliam causam.
39 ¶ 26. Nō obligat quando singulares
firmant priuilegia collegij cū iuramē-
to dictis statutis sublatis per ipsā vni
uersitatem:vt dicit Jo.an.c.i.de his q̄
fi.a ma.par.ca.quia nō obligat nisi re
manētibus statutis.vnde eis sublatis
per vniuersitatez tollit iuramenti vin
culum: quasi iuramentū liget singlos
vbi singulares contraueniunt,secus si
cōtraueniunt collegialiter tollēdo sta
tutum. Pano.vero in.c.dilecto. de pre
ben.distinguit:z bene.ꝙ aut singlares
de collegio iurant vt singulares: et sic
est vera opinio Jo.an.Exemplum sta-
tuto cauetur ꝙ nullus det vocem non
matriculatus. Iurauerūt singuli ser-
uare statutum. Sitr ꝙ nullus vadat
de nocte statuūt:iurant seruare statu-
tum:certe q: hoc concernit obseruanti
am singulorū:ideo si collegium tollat
statutum nō peccabūt contrauenictes
quia iuramētū erat statuto accessoriū
z remoto principali remouet z accesso
rium. Si vero iuramentum astringit
eos ad obseruantiā vt collegialiter sic
sine periurio nō possunt cōtrauenire:
etiam collegialiter cā rationabili non
subsistente.exemplū:vt in.d.c. dilecto.
Nam canonici iurātes vt etiam colle-
gialiter nō recipiant:q: nō est dubium
ꝙ vt singuli nō pñt eligere canonicos.
Pau.vero in cle.i.de regula. dicit si iu
rant statutū seruare ꝙ si collegialiter
cōtrauenīūt nō sunt periurij: q: tollūt
statutū:z per ꝯsequens iuramentum.
Si vero iurāt seruare contenta in sta
tutis spāliter:puta non ibo de nocte z
huiusmodi nō habito respectu ad sta-
tutum:sic sunt periuri si cōtraueniunt
qualitercūq;. Aduerte tamen ꝙ in ca-
su in quo nō possunt cōtrauenire colle
gialiter debet intelligi: nisi per casum
concernentē fauorem publicum:q: sic
possent ꝯtrauenire nō obstāte iuramē
to:quia istud intelligit exceptū:vt no.
Pa.in c.dilecto. z sm pdicta intellige
glo.in.c.in his.11.dist.
¶ Utrū successores in aliq̄ collegio vel 40
vniuersitate in q̄ pdecessores fecerant
statuta z iurauerāt ea seruare teneant
sub pena periurij talia statuta seruare.
R.ꝙ nō:q: obligatio iuramēti est pso
nalis lex pte iurātis:nec extēdit ad suc
cessores q̄tū ad periuriū:lz teneant ipm
seruare.de solu.c.i.de vsur.c.tua.d iu-
reiur.c.ꝯstatis.sed ex pte ei cui iurat
transgredit personas. vnde ꝓmittens
obedientiā plato z successoribus eius:
nō tenet iterū promittere successori:q:
est ei obligat sicut antecessori cui ꝓmi
sit. Fallit in libero q̄ tenet z ꝓ ꝓfessio
nez facere infra annū nono pfono.12.
q.2.lōginquitas z c.sepe fit.no.Inn.
z Ber.in.d.c.veniās.

41 ¶ 27. quando q̄s iurat incaute: et hoc ꝓpter aliquā necessitatē iplere nō pōt. 25. di. §. alr̄s ea demū. Exēplū pone de matre que iurauit filium verberare ⁊ hmōi minima: q: videt̄ veniale tale p̱iurium ꝓmissoriū: q: nō videt̄ deus acceptare cū maiori obligatōe q̄ natura eoꝝ importet: vt ibi patet.

42 ¶ Utꝝ in depēdentibus ab aīo alicuiꝰ vel ꝯsciā sit standū eius iuramēto'. R̄. Pa. in. c. vidua. de regu. q̄ sic: vt extra. de sen. ex. c. si vero. el. 2. de homi signifi casti. ⁊. c. vidua p̄dicto. qđ vr̄ ꝯtrīuz: q: intelligit̄ qn̄ certa p̄sumptio intrinseca cōiecturat animū: q: tūc nō statur in p̄iudicio alterius: alr̄s sic.

1 Iuramentum 6. quo ad solutionē quis p̄t absoluere a iuramento licito tā ex pte iurātis q̄ recipientis. R̄. Pa. i. c. q̄to. de iureiu. Aut iuramentū fuit p̄stitū in maťia spectāte p̄ncipalr̄ ad papā: vtputa cū canonici iurauerūt nō recipe vltra talē numerū aliquē in canōicū ⁊ hmōi: ⁊ sic a papa p̄t ēt sine cā absoluere: q: ī tali iuramēto intelligit̄ excepta auc̄tas pape: vt i. c. veniētes. e. ti. ⁊ h̄ voluit Ho. i. d. c. q̄to. Aut fuit p̄stitū in alia materia ⁊ tūc aut est ad honorē dei p̄ncipalr̄: ⁊ sic sine cā nullꝰ pōt absoluere nisi solus deꝰ: ⁊ sic intellige Jo. an. post Uin. i. c. 2. de spon. Nā papa pōt remittere sine cā obligatōez deo q̄sitā. 2. q. 4. si is q̄. Ex quo infert̄ q̄ sicut papa nō p̄t aliū absoluere in hoc casu: sic multominus seipsum. c. fi. de insti. ⁊. c. p vestras. de iurepa. Aut subest iusta cā: sic tā papa pōt q̄ ep̄s. ⁊ q̄ ep̄s possit. no. Jnn. i. c. debitores. de iureiu. ⁊ iō subsistente iusta cā potit ep̄s cōmutare ⁊ interp̄tari sm. d. An. in. d. c. q̄to. ⁊ Spec. in ti. de lega. qn̄. s. dubitat̄ de eius validitate ⁊ aliis dubiis ⁊ etiā absoluere sm Jnn. quē sequit̄ Pa. in. c. cū cōtingat. e. ti. sz est differētia inter papā ⁊ ep̄m: q: ep̄s nō pōt nisi respectu sue diocesis. papa ṽo respectu totius orbis vel respectu magnarū p̱sonarū: aut magni dubiȷ̄ ē requirendus: ⁊ sic pōt intelligi. c. venerabilē. de ele. ar. c. si vero. cū sicibus. e. ti. Alius aūt circa ep̄m vel qui non hz ep̄alem iurisdictionē nō pōt absoluere in iuramēto sicut nec ī voto dispēsare: vt no. in. c. i. de voto. Sed q̄ est cā legitima absoluēdi a iuramēto p̄stito in materia spectante ad honorē dei. R̄. q̄ ꝓpter scandalū euitandū: vt no. gl. i. d. c. quāto. ⁊ Jnno. in. d. c. venerabilem. vel maior vtilitas: vt not. Jnn. in. d. c. debitores. ⁊ est tex. in. c. puenit. el. 2. e. vel subest alia iusta cā. de q̄bus. 15. q. 6. nos sctōꝝ. ⁊. c. auctoritatē. Et credo q̄ hoc sit relinquendū arbitrio ep̄oꝝ: vt ex p̄dictis colligāt q̄n in aliis debeant iudicare. Si ṽo materia in qua ē p̄stitū nō ptinet ad papā nec ad honorē dei: sed cōmodū hoīs: sic papa p̄t ex cā absoluere: vt in. c. q̄to. de iureiu. ⁊ i c. 2. de voto. al' nō respectu laicoꝝ sibi i tpalibus non subditoꝝ: vt in cle. pastoralis. de re iu. ⁊ qđ no. in. c. q̄ in eccl'aꝝ de ꝯstit. ⁊ in. l. fi. C. si ꝯ ius vel vti. pu. sa. qđ no. ſ. Obediētia. §. 2. Silr̄ dic q̄ ep̄s ex cā ltīa pōt absoluere a iuramēto licito. Et dr̄ cā legitima qn̄ inest turpitudo ex pte recipiētis. vn̄ dicit Pa. i c. i. de iureiu. q̄ si notorie ꝯstat de turpi receptōe: poterit ep̄s absq̄ h̄ q̄ citet vel cogat suscipientē relaxare ⁊ absoluere: puta cū quis ex metu exegit iuramentū sup eo de quo alr̄s etiā d̄ iure tenet̄: vt exemplificat. Idem Pa. in. c. ad nostram. el. 3. eo. tit.

Additio Quia iniuria sibi irrogatur illaqueādo eū iuramento ad iuris obseruantiā p metū. ⁊ ideo ꝓpter periculū piurij pōt petere absolutionē. ⁊ sic extende. c. si ṽo. eodem titu.

¶ Utrū in oībus p̄dictis in q̄bus dixi iuramentū nō obligare possit q̄s ꝓpria auctoritate cōtrauenire. R̄. vt colligo ex Jnn. in. c. cū q̄dā. de iureiur. q̄ qn̄ ē dubiū an sit obligatoriū: tūc nemo preter auctoritatē superioris pōt ꝯuenire: nec iudex secularis in casu in q̄ est dubiū inter doc. an sit obligatoriū vel ne pōt se intromittere sed remittere ad iudicē eccl'iasticū. Ita not. Pa. in. d. c. cū cōtingat. Qn̄ ṽo nō est dubiū de iuramenti obligatōe: tūc si pōt suari absq̄ dispendio salutis dr̄ absolutio peti ꝓp reuerentiā facti. Si ṽo sit in dispēdiū salutis: tunc pōt hō ꝓpria auctoritate ꝯuenire. Et no. hic q̄ in dispendiū salutis 1

lutis δ: omne illud qδ charitate dei d e rogat vel eius pfectioni: vel disponētibus ad eā. Videt tñ Pa. in. c. cū qdam de iureiur. tenere nō esse necessariā absolutionē supioris: etiā qñ pōt seruari sine interitu salutis: nisi solū ne notet de trāsgressione iuramēti: h est dicere pp scādalū: τ sic credo qñ .s. est clarū q̄ nō obliget iuramentū. qδ not.

2 ¶ Utrum iuramentū qδ ɔcernit fauorē iurantiū tm̄ sit remissibile p eos q̄ iurarūt. R. Jo. an. in. c. 2. de spō. τ Jo. de lig. in cle. i. de vsuris. q̄ sic. τ ħa. d. c. 2. secꝰ si ɔcerneret cultū dei: vel religionē: vel pietatē. puta iurarūt duo sibi inuicē q̄ religionē intrabūt q̄ dicēt duo psalteria: vel q̄ δ lucro eoꝝ dabūt certā ptem paupibus τ hmōi: q: non pñt sibi remittere. Silr nō pñt si sibi iurarūt id ad qδ tenebant: puta q̄ nō faciant furtum: q̄ mercatores nō falsificabūt merces τ hmōi. Silr etiaꝫ nō pñt remittere qñ iurant sup aliq̄ faciendo vel nō faciēdo qδ non ptinet ad eū cui iurat sed simplr: puta iuro tibi q̄ non negociabor: vel nō faciā talē artē: si tñ tale iuramentū respiceret incōmoduꝫ alterius: puta cōitatis vel alioꝝ nō valeret: vt dictū est. Silr nō teneret qñ iurādo de aliq̄ faciēdo vel nō faciendo intendebat si ille cui iurabat silr faceret: q: sic si ille nō seruat: nec iste tenet. fa. qδ no. Ho. Inn. τ Ber. in. c. puenit el. 2. τ facit. c. sicut: el. 3. de iureiu.

3 ¶ Utrū vniuersitas q̄ iurat aliqd seruare vel facere vel nō facere teneat qñ maior ps facit cōtra. R. Rodo. q̄ si qñ iurarūt hēbant aliquā ɔditōnē in mēte ᵬm illā debēt ſuare: puta si alij oēs vel maior ps seruabit τ ego. Si vero nullā ɔditōeꝫ hēbat: sed dubitatur an fuerit simplex vel sub aliq̄ cōditōe: tūc si iuramētū spectet tm̄ ad cōmodū iurantiū τ medietas vel maior ps ſuat: τ hoc vergat in damnū seruantiū: τ lucrū nō seruantiū benigne interptādū ē q̄ aliquibus nō seruātibus alij nō tenent seruare. Si vero nullū incōmoduꝫ patiunt seruātes non est tutū ɔuenire: sed denunciet plato: vt vel cogat seruare vel sibi inuicē remittere. Si vero cōcerneret cōmodū alioꝝ a iurātibus nō posset nec sibi remittere nec alijs non seruātibus nō seruare sine piurio si simplr iuraret. Et si dubitāt an simplr iuraret vel sub ɔditōe dimittant incertū .s. nō seruādo τ seruāt: qδ est certū. 4

¶ Utrū licite quis possit petere absolutionē a iuramēto: nisi in casibus vbi tꝫ. R. ᵬm Pa. in. c. cū cōtingat. eo ti. q̄ aut iuramentū cōtinet turpitudinem ex pte suscipiētis τ maxime cōcurrēte materia turpi sup qua pstat: sed ex pte iurātis nullū iminet pctm̄ sic pōt peti absolutio nō obstāte ɔditione aduersarij. casus est in. d. c. debitores. ex q̄ ptꝫ q̄ filiusfa. q̄ cum iuramēto renūciauit macedoniano: pōt petere absolutōꝫ in terris vbi cōiter hodie filij nō inducūtur ad tm̄ malū: τ hoc ē tutiꝰ ᵬm. d. Anto. in. d. c. cuꝫ cōtingat. τ plꝫ Pa. q̄uis posset de subtilitate iuris dici q̄ nō tꝫ iuramētū si bene pōderet. l. i. ff. ad macedo. q: emanauit ad cōpescendū libidinē peccātiū: τ sic pp bonū publicum corpis τ aie cōtra qδ iuramentū nullū est. c. si diligenti. de fo. cōpe. τ. c. cōtingit. el. i. de sen. excō. Item q: iuramētū nō solū est nullū qñ cōtinet in se pctm̄ sed etiā qñ pōt pbere occasionē peccandi. c. cū ab omni. de vi. τ ho. cle. τ. c. naꝫ cōcupiscentiā. de cōstI. τ. c. sicut ex lris de iureiurando.

Additio Aut iuramētuꝫ nullā turpitudinē aliā hꝫ: nisi q: est ɔ legē pstitū. τ in h distinguo. aut τ lex resistit ppter fauorē reipublice p̄incipaliter τ nō est necessaria absolutio: q: iuramentū nō valeret. d. c. si diligēti. aut resistit p̄incipalr ppter fauorem iurātis: lꝫ secūdario in fauoreꝫ publicū: vt in muliere minore τ hmōi. τ tūc si potest seruari sine dispēdio salutis: absolutio nō pt peti. c. si vero. cū si. eo. ti. qδ intellige veꝝ qñ sine dolo vi vel metu: sed spōte τ sciēter est iuratū. Si vero iuramentū fit in contractu τ dat enormis lesio: lꝫ iurauit nō cōtrauenire: tñ poterit absolutionē petere: quia psumit dolꝰ. l. omnes. § luciꝰ. ff. de his que in frau. cre. l. q̄ testm̄. ff. de pbat. et nihil interest vtrū interueniat dolus ex pposito vel re ipsa. l. si q̄s cuꝫ alr. ff. de vbo. ob. Et vba iuramēti debēt intelligi ciuili modo. s. q̄ nō ɔueniat nulla re vel cū exceptis grauibus lesionibꝰ. [illegible]

l.creditor.§.iulius.ff.mād. Intellige nisi sciēter iurasset: q: cessat dol⁹ et re ipsa ꝛ ex ꝓposito. ꝛ ideo nō poterit. sic etiā si nō intellexit enormē lesionē: licz dixerit non ꝯuenire neq3 magne neq3 parue: vt ponūt notarij: nō ꝓpterea ꝓhibet quin possit petere absolutōe3. de hoc vide. ꝺ. Arbiter. §. 10.

i **Urisditio** ꝭm Az. dr a ditōe qd est potestas ꝛ iuris quasi iusta et legitima potestas.

¶ Jurisditio sine cohertōe nō v3. ꝺ of. deleg. c. pastoralis. vnde dicit tex. in. l. fi. ff. de of. eius cui man. est iuris. Jurisditio sine modica cohertōe nulla est iurisditio.

¶ Jurisditōe cōmissa oīa sine q̄bus explicari nō posset intelligunt commissa tacite. ff. de iu. om. iu. l. 2.

i **Us** est ars boni ꝛ equi. ff. de iusti. ꝛ iur. l. i. Jus ꝯstare nō p̄t nisi sit aliqs iurisꝑit⁹ per quē possit quotidie in meli⁹ ꝑduci ff. de ori. iu. l. necessariū: Jus diuidit i ius naturale gentiū ciuil: ꝛ publicū. ꝺ hoc vide di. i. ꝑ totū. ꝛ. ff. de iusti. ꝛ iur. ꝑ totū. Utrū facta ꝯ ius valeant: vide ꝭ. Lex. §. 18.

i **Uspatronatus** est ius honorificū onerosu3 ꝛ vtile alicui cōpetēs in eccl'ia: ꝓ eo ꝙ de diocesani ꝯsensu eā cōstruxit fundauit vel dotauit ipse vel is a quo cām habuit ꝭm Jo. an. ꝛ Pa. in ꝛrica. de iurepa. ꝺr: honorificū q: h3 honorē p̄sentandi rectorē: q: sine ei⁹ p̄sentatōe si ep̄s vel ali⁹ p̄latus instituit ipso iure ē nulla ꝑ. c. decernimus. 16. q. 7. t3 Jo. an. in. c. 2. de of. vi. li. 6. nisi qn̄ p̄tonus fuisset negligēs in p̄sentādo: q: elapso tp̄e bene instituūt. Papa vero hn̄ posset sine presentatōe patroni. ꝛ silr legatus de latere si patronus sit eccl'iasticus: nō tn̄ posset p̄dictus legat⁹ si esset secularis. vide gl. in cle. ꝑ lras. de pre-ben. ꝛ iste est casus. c. cū dilectus. de iurepa. Onerosum ꝺr: q: patronus tenetur defendere eccl'iam ne bona indebite dilapidenk. 16. q. 7. filijs. Unde presentatus tenek reddere rōem de administratōne patrono. Intellige si patronus ē eccl'iasticus nō secularis: vt no. in. c. cum ꝛ plantare. de p̄uil. ꝛ Pa. in c. ex lris: ꝛ. c. cum ꝓpter. e. ti. Nō tamē valde stricte dicēdo qd expendat quotidie: sed in genere. Ita no. Pa. in. c. ex lris. de iurepa. Unde ꝺr etiam: quia si veniret ad inopiam tenek eccl'ia ex redditibus vltra necessaria remanētibus alimentare patronu3 pingui⁹ ꝙ alios paupes. c. quicūq3. el. 2. ea. cā. 2. q. 2. c. nobis. in fi. de iurepa. Et no. ꝙ ius patronat⁹ hn̄s aliqn̄ ꝺr patronus: aliqn̄ aduocatus ꝛ vicedomus custos guardiam hn̄s eius frequentatōis vel processionis ꝭm Host. c. p̄terea. e. ti. ꝛ in. c. in singulis. in fi. de sta. mo. ꝛ ideo supponunt ꝓ eodem.

¶ Quibus modis acquiritur ius patronatus. R. ꝙ ex tribus. Primū quia fundauit ecclesiam: idest fundum: ad edificandum dedit. ꝺ. c. nobis: ꝛ. c. abbatem. 18. q. 2. 1

¶ Scōm est ex ꝯstrōne eccl'ie. c. monasteriu3. 16. q. 7. ꝛ hoc intellige si facit ꝺ consensu ep̄i: cum alio modo eccl'ia fieri nō debeat. de consec. distin. i. nemo. de iurepatro. quoniam: ꝛ. c. a nob fuit. 16. q. 7. filijs. 2

¶ Sed qd si refectionem dedit. R. ꝙ nō acquirik iuspa. ꝭm Lau. ar. ff. ne qd in loco pub. l. i. §. vicinales. qd verum est qn̄ nō est omnino destructa: Sec⁹ si funditus erat destructa: ꝛ de consensu reparauit: quia ꝑinde est ac si de nouo fecisset: de iude. consuluit. ꝛ in aut. vt nullus fab. oratorij dom. §. i. sed p̄mius qui edificauerat amittit iuspa. si non dederat fundum. vel ꝭm glo. in. c. quoniā. eo. dotem etiam de eadē materia sit reparata. 3

¶ Tertiū est ex dotatōe. ꝺ. c. filijs: et. c. quicūq3. ibidem. Et hoc intellige ꝺ dote data an̄ cōsecrationē: q: post ꝯsecrationez nō inducerek: q: nulla seruitus rei facere pōt imponi. ff. de serui. l. seruitutes. la. 2. §. vl. ꝛ qd humāi iuris desinit esse seruitutē nō recipit. ff. cōia p̄dio. l. caueri. Tamen Inno. ꝛ Host. tenet ꝙ si nō habet dotem ꝛ sibi dek post ꝯsecrationem acquirik iuspatronatus quia sine substātia rerum nō potest ecclesie deseruiri. 1. q. 3. si qs obiecerit. et magis plz. Et nota ꝙ nisi detur pro do 4

te vel rõe dotis nõ habebit iuspatrona-
tus: sed erit bñfactor secundum Pa. in
d.c. quoniam. Limitat etiaʒ hoc ibidẽ
Pa. ꝙ ex donatione post consecratõem
efficitur patronus. veruʒ q̃n fundator
non potest compelli ad ipsam dotãdã:
sicut fit in istis capellis. quod nota.

5 ¶ Utrum possint esse plures in dote cõ
stituenda? R. Inno. ꝙ sic. Et quilibet e
rit patronus. vult ẽt gl. in. d.c. q̃cunqꝫ.
que vult ꝙ dans modicam dotẽ nõ sit
patronus: q: verum est q̃n vnus solus
dat. secus si ples simul dant sufficiẽter
Idem dic in fundatione ⁊ edificatione
⁊ sic patet ꝙ multi essent patroni: puta
quia vnus dedit fundum alter edifica
uit alter dotauit vel plures edificaue-
runt vel dotauerunt.

6 ¶ Utrum ius patronatus transeat ad
heredes? R. Pa. i. d.c. i. de iurepa. ꝙ sic
etiam extraneos: ita ꝙ si pater istituit
filiuʒ in certa re ⁊ extraneũ heredẽ vni
uersalem iuspatronatus transibit i ex-
traneum non in filiũ. ⁊ si ples sunt he-
redes in omnes transit: vt in. d.c. ⁊ cle.
fi. eo. ti. ⁊ non solum transit ad mascu-
los: sed etiam ad feminas hedes. facit
c. fi. de pces. pben. sentit gl. in. c. q̃m suc-
cessitura. 16. q. 7. ⁊ id. filius q̃ repudiauit
hereditatẽ pñam non erit patron⁹ s̃m
Fede. consi. cx. Et hodie determiatũ ẽ
per. d. cle. fi. ꝙ succedũt nõ p capita sed
per stirpes. vñ si plures succedunt vni
ex duob⁹ patronis ẽ omnes hñr loco
vnius. ⁊ lʒ vnus hẽat de hereditate ꝙ a
lius dummodo nõ sit heres in certa re
constitutus equaliter erit patronus.

7 ¶ Utrũ iuspatronat⁹ possit diuidi iter
heredes? R. Pa. in. d.c. i. ꝙ nõ qualiter
cunqꝫ intelligaẽ ista diuisio: cũ ipm ius
sit incorporale possunt hñ conuenire pa
troni vt alternatis vicib⁹ presentent. d.
cle. i. Siliter si habẽt plures ecclesias pñt
puenire vt p̃sentet vn⁹i vna ⁊ alt in alte
ra: q: sicut diuisio permittitur in tẽpor
ita ⁊ respectu locorum ⁊ ista non est di-
uisio que prohibetur in. d.c. i. d iurepa.

8 ¶ Utrũ iuspatronat⁹ possit adiudicar'
vni ex heredibus? R. Pa. in. c. querimo
niam. eo. ti. ꝙ non: q: si equaliter suc
dunt non apparet quare hoc. Si inequa
liter diuidũt ⁊ tunc si datur pro restau
ratione illi qui minus habet ullo...

est ... c. preterea. eo. ti.

9 ¶ Utrum iuspatronatus transeat cuʒ
vniuersitate bonorum? R. ꝙ sic. 16. q. 7
nemini: ⁊ c. ex lris: ⁊ c. cum secundum.
de iurepatronatus.

10 ¶ Utrum transeat dõatione? R. ꝙ sic.
c. ex insinuatione: ⁊ c. consultationib⁹.
eo. ita tamen ꝙ si est laicus nõ põt do-
nare cuiuscunqꝫ laico aut clerico recipi
enti nomine proprio sine licẽtia episco-
pi: vt in. c. nullus: ⁊ in. c. preterea. eo. ti.
sicut nec aliquod aliud ius spirituale.
Si vero donaret ecclesie aut loco reli-
gioso: tunc secundum communiter hoc
potest sine licentia episcopi: vt no. in. d.
c. nullus: ⁊ c. insinuatione. ⁊ c. illud: et
c. vnico. eo. ti. li. 6.

11 ¶ Utrum possit dari in feudum? R. ꝙ
sic cum vniuersitate. c. cum seculuʒ. eo.
titu. sed spiritualiter non.

12 ¶ Utrum venditione transferatur? R.
ꝙ si specialiter vendatur est simonia si
emit intentione vt possit p̃sentare queʒ
velit vel priuare: ⁊ debet spoliari ille q̃
emit ⁊ ecclia debet esse libera secunduʒ
Inno. Si vero emeret cum vniuersita
te temporalium cum quibus transit ẽt
iuspatronatus non est simonia secun-
dum Ho. ⁊ Cal. vt patet ex. c. ex litteris
eo. ti. quod verum credo cum non emit
principaliter talia bona temporalia p-
pter iuspatronatus consequendum: q:
si principaliter propter hoc emere esset
simõia. ita no. Pa in c. quia clerici. eo.
titu. Item secundum Jo. an. in. c. vnico
eo. li. 6. si dicatur vendo tibi villaʒ ⁊ ius
patronatus quod habeo in ea: non valʒ
venditio: secus si simplr vendit villam:
vt in cle. pastoralis. de re iudi. Et ideo
emptor vel feudatarius cũ acq̃rant dir
ectum vel vtile dñium reruʒ sitr acq̃rũt
iuspatronat⁹ licite: sicut alios fruct⁹ hñt
ff. de contrahen. emp. l. in lege. §. dolia.

13 ¶ Utrũ vendẽs oĩa iura q̃ hʒ in tali vil
la que nõ est sua intelligaẽ vendeẽ ius
patronatus qd ibi hʒ? R. ꝙ non: q: ad
hoc vt transeat opʒ ꝙ res que vẽdiẽ tal'
sit ꝙ ẽt sine expressione vniuersitatẽ vl'
iuspatronatus in se contineat: sicut ẽ vil-
la vel castrũ qd i se ctinet honorẽ iuris
dictiõeʒ districtũ ⁊ iuspatrõat⁹. ff. d. v. sig.
l. pupill⁹. §. territoriũ. lʒ qu: dicit. vẽdo
tibi omnia iura ... hec vniuersa

lis in singulares:scz vendo tibi hoc c ꝛ il
lud. Cũ autẽ iuspatronat⁹ sic nõ possit
vẽdi: sic in tali vniuersali nõ ɔprehẽdit
Sed si sit aliquod vniuersale qd mul-
ta iura in se cõtineat: vt est hereditas:
bene transit cuz illo iuspatronatus. ff.
de pe. here. l. item videnduz. §. si. ꝛ duo
bus seqnentibus.
14 ¶ Quid si vẽdat quis palatiuz vbi hz
capellã q̃ forte habz multa priuilegia ꝛ
multos redditus trãsiet iuspa. cuz pa-
latio? R. ꝙ sic. ar. l. si mercedẽ. §. si cuz
fundũ. ff. de ac. em. qꝛ ad capellã nõ ẽ
nisi per palatiũ ɔtrariũ. nota. Host. et
Inno. in. c. ex lr̃is. eo. ti.
15 ¶ Utrũ possit pignori obligari? R. Prior
opi. ẽ Inno. ꝙ nõ. ẽt. cũ vniuersitate:
qꝛ cũ creditor nõ possit vti pignore si va
caret eccl'ia nemo posset p̄ntare.
16 ¶ Sz. q̃. q̃tũ tẽp⁹ debz patron⁹ p̄sẽta-
re? R. ꝙ si ẽ laic⁹ hz quattuor meses: si
cleric⁹ sex a tẽpore vacatiõis. c. eã te de
cet eo. ti. ꝛ tex. in. c. vnico. eo. li. 6.
17 ¶ Sz nũquid poterũt variare? R. ꝙ sic
si est laic⁹ anteq̃ eps cõfirmet: vt in. c.
qd aũt. ꝛ. c. cũ autẽ. ꝛ. c. pastoralis. eo.
ti. si ẽ eccl'iastic⁹ patron⁹ n̄ p̄t variari p⁹
q̃ p̄ntauit. d. c. pastoral' cũ. c. p̄dcis. e. ti
18 ¶ Utrũ presentãs indignũ priuet iure
p̄sentandi? R. ꝙ si est cleric⁹ q p̄sẽtat i
dignũ priuatur ea vice. tex. est in. c. sic
in si. de sup. negli. prelat. ꝛ. c. 3. de ec. e-
diũ. Si vero est laic⁹ nõ priuat: vt eli-
citur subt iliter. de offi. or. c. cuz vos. h
tenet Inno. ꝛ Ho. ꝛ Ber. in. d. c. cum
vos. ꝛ Archi. in. c. suscepti. de prebẽ. li.
6: peccat tñ mortaliter sciẽter p̄sẽtãdo
idignũ: qꝛ infideliter agit in officio sibi
cõmisso. vide Administratio.
19 ¶ Utrũ quis possit presentare seip̄z?
R. nõ: sz bñ filiũ: dũmõ sit idone⁹. Fac
c. p̄ vtas. eo. ti. ꝛ ibi no. Ber. ꝛ. Hosti. ꝛ
Pa. ponit i. c. ɔsuluit. e. ti. Silr possũt
p̄ntare vnũ ex se ipsis. Facit. l. vbi ad-
sunt. ff. de tuto. ꝛ glo. in. d. c. ɔsuluit.
20 ¶ Utrũ presentans a maiori parte pa
tronorũ sit admittendus? R. Pa. in. c.
qm̃. e. ti. ꝙ aut presentatio fit ab istis
sicut a collegio: ꝛ tunc requiritur ma-
ior pars respectu potius capituli ſm
Jo. an. ꝛ videtur tex. in. c. ecclesia. el. i.
de elec. Aut presentatio fit ab istis vt a
singularib⁹: vt cõiter [illegible] laicis: ꝛ tunc
admittit qui presentatur a pluribus:
verbigratia sunt sex patroni: tres p̄sen
tant: admittit qui p̄sentatur a trib⁹: vt
a plurib⁹ p̄ntatus: quod bene nota. quia
facit ad multa.
¶ Utrũ oporteat ꝙ sint simul qui volũt 21
p̄sentare? R. Pa. in. d. c. qm̃. ꝙ si agũt
vt collegiũ oz oẽs vocare: aliter potest
ɔtẽpti ãnullare p̄ntationẽ. Si vo agũt
vt singuli. Fede. ɔsilio. 97. tz ꝙ nõ. Sz
Bar. i. l. oẽs populi. ff. de iusti. ꝛ iu. tz
ꝙ siue a collegio vt collegiũ est: siue a
pluribus vt singulares; consensus est
explicandus: dũmodo maior pars pre
iudicet minori: semper debent simul es
se. per. l. iurisgentiuz. ff. de pac. ꝛ hoc ẽ
verius quo ad vocationem: qꝛ forte si
fuissẽt presentes induxissent ad cõsen
sum alterius: ꝛ pro hoc facit. c. 2. ꝛ qd
ibi no. de arbi. li. 6.
¶ Sed quid si duo tantuz sunt patro 22
ni ꝛ duos presentant? R. Johan. an.
in. c. cum autẽ. e. titu. ꝙ episcopus po
terit quem voluerit eorum instituere:
ꝛ est bona glo. in. c. si si plures. 16. q. 7:
hoc tenet Inn. in. c. i. eo. titu. ꝛ Calde.
ꝛ Cardi. in. d. c. cuz autẽ. ꝛ Pa in. c. eaz
te. eodẽ titulo ꝛ placet. licet alij contra
rium teneant.
¶ Utrum patronus possit aliquid exi 23
gere: puta aliquos cereos in cognitio-
ne iurispatronatus? R. Pa. in. c. prete-
rea. eo. titu. ꝙ non: nisi tempore fun-
dationis a diocesano istud fuisset sibi
reseruatum. nec valet si ipse patronus
fundando sibi aliquod seruitium re-
seruet: nisi episcopus auctoritatez pre-
stiterit. vnde si episcopus auctoritatez
prestitisset posset tale ius vendere: titu
lo remanente apud euz: ꝛ hoc credo ve-
rum si dedit dotem pinguem ꝛ abun-
dantem. secus si solum necessariaz ad
sustentationem ministrorũ: quia tũc
nullum seruitium poterit sibi retine-
re. Ita no. Pa. in. c. i. de cen. Fallit hoc
quando locus religiosus proprijs ex-
pensis ecclesiam edificauit: quia tunc
talis locus habet in ea omnia tempo-
ralia sicut episcopus spiritualia. vt de
pri uil. c. cum et plantare. et etiã ius p̄
sentandi. de sup. negli. prela. c. sicut.
¶ Utrũ liceat clerico suscipẽ eccl'iaz de 24
manu laici ipso inuito. R. Pa. i. c. preterea. el

p̄mo.eo.ti.q̄ nō.ꝛ ſi facit peccat᷒ mor‑
taliter.ꝛ lȝ ñ ſit ſuſpenſ᷒ ipſo iure:tñ dȝ
communione priuari.Ex quo īfert Pa.
q̄ ſi talis impetrat a papa:nō expreſſo
qḋ prius habuit a laico nō valet. Et q̄
debet communione priuari : vt in.d.c.
preterea.ꝛ.c.poſtulaſti.de reſcrip.

25 ¶ Utrum laicus edificans capellaȝ in
eccleſia ꝛ eam dotās acquirat ſolū ſibi
iuſpa.an eccleſie ſimul:R̄.Pa.in.c.ad
audientiam.de ec.edi'i.q̄ eccleſie ſimꝰ
q: non poteſt negari quin eccleſia pōat
fundum.ex qua datione iuſpatronatuſ
acquiritur.c.pie mentis.16.q.7.ꝛ ideo ſi‑
mul concurret cum laico in p̄ntatione.
Similiter ſi clericus edificat ex bonis
eccleſie capellam non ipſe vel parenteſ
eius acquirunt iuſpatronatus :ſȝ ſoluȝ
eccleſia ex cuius bonis eſt edificata.

26 ¶ Utrū ex delicto patris publicatis oī
b᷒ bonis eius priuetꝰ fili᷒ iurepatronat᷒
qḋ habebat pater:R̄.q̄.ſi publicatō fit
ab iperatore vel iudice ſeculari nō pri‑
uatꝰ iurepatronat᷒:nec p aliquo crīe ēt
leſe maieſtatis pōt impator p̄uare.laī‑
cum ipſo:q: hȝ iſtud a papa. Ita no.gl.
ꝛ Archi.in.c.filiis.16.q.7. Intellige h̄
verum qñ nō eſt in aliqua vniuerſitate
ſeculari.ꝛ ſi eſſet ex priuatione illi᷒ vni‑
uerſitatis ſeclaris trāſiret.ꝛ vide bonā
glo.in.c.ſatis puerſuȝ.56.di.q̄ dicit q̄
2 ¶ Utrū tał ludꝰ hūanus sit prohibitus. R̄. ꝙ de se nō ē malus:s̄z aliñ rōne alicuius circūstātie ē phibitus ēt de p̄cepto.Primo rōe loci.Nā tales ludi nullo modo possunt fieri i eccl'ia aut loco sacro.c.cū decorē.de vi.⁊ ho.cle.⁊.c.de cet.d̄ limu.ec.li.6.Uñ nō excusarem a mortali q̇ talem faceret i eccl'ia:nisi foret quid modicū:cū videatur iure diuino phibitus ibi.domꝰ mea domꝰ orōnis vocabitur.Demōstrationes ꝟo q̄ sunt ad honorē dei:puta passionis xp̄i ⁊ vite alicuius sācti non sunt phibite ibi fieri:q̇ nō ppe vocātur ludi:vt no.i.d.c.cum decorē.Scd̄o prohibētur tales ludi rōne periculi lesionis corporalis:sicut torneamēta:⁊ hmōi.de torneamētis p totū.Uñ oīs ludus i quo pbabilił imminet piculū mortis corporał phibetur sub pena peccati mortalis:q: contra p̄ceptum dei.Mat.20.diliges primum tuum.Facit lex cruenta iuncta glo.C.de gladi.⁊.l.nā ludus.ff.ad l.aq̇l.secus qñ nō iminet pbabiliter licet aliqñ accidisset ⁊ raro.Tertio prohibetur rōne psone.Nā cł'icis ⁊ multo magis religiosis phibeł omis ludus cum armis:vt in.c.cōtinebatur:de homi.q: ⁊ arma portare nisi cā defensionis sunt prohibiti de precepto:vt in.c. cł'ici arma.de vi.⁊ hone.cle.Silr phibetur eis ludus hystrionalis:vt no.i.c. donare.86.di.de q̄ dic vt.ē.Histrio. Quarto phibetur rōne scādali:vtputa cł'icis ⁊ religiosis aliquē ludū exercere i publico:ex q̄ seculares scādalizarētur esset peccatū mortale.s̄m ꝙ infra dico. Scādalū.§.2.Idē dico qñ quis ex tali puocaret aliū ad scādalum mortalis peccati sicut i coreis:⁊ multo magis si sibi imineret probabilił tale scādalum ⁊ hoc aduerteret:peccaret mortalit:secus si de scādalo nō aduerteret:q: nisi foret i lata culpa n̄ credo peccaret mortaliter.Aduerte tñ ꝙ cł'icis ⁊ religiosis ē phibitus rōne honestatis cł'icalis oīs ludus i quo ex propria persona faceret ludum in publico:sicut esset saltatio:⁊ corizatio:⁊ hmōi.Uñ non excusarē eos a mortali.ar.c.p dilectione.i fi.de cōse. di.2.⁊ qd̄ no.doc.in.d.c.cū decorē.secꝰ in secreto cum aliquibus domesticis. Itē ludus larualis ē eis interdictꝰ:q: nō possunt mutare hītum nisi ex cā rōnabili:vt.s̄.Excōicatio.7.casu.27.Et licet Iaco.d̄ are.in.l.si quis cum sciret ff.p emptore.⁊ Ly.⁊ Pe.i aut.de san. epi.⁊ cle.3.§.interdicimus.el scd̄o.teneant ꝙ ludus scacorū phibeatur clericis.Rō.s̄m Mar.in.d.§.interdicimꝰ. q: nimus facit eos d̄ulare a diuinis officijs in quibus debēt insistere:vt.l.generaliter.C.d̄ epi.⁊ cle.sicut ludus alearum qui ē eis phibitus ibidem.Ego tñ dicoveram esse p̄dictam opinionem etiam in omnibus ludis quando ppt eos dimitterent debita diuina ad que

tenētur alias nō. Uñ licet ludere ad sca
cos: vt tenet Ricar. in. 4. di. i. sicut alijs
sclaribus: nisi rōne scādali: vł inhone-
statis clicalis: vtputa publice ludendo
Quinto rōne cupiditatis vnde tenet
Mat. vt no. Car. in cle. 2. de vi. ꝛ hone.
cleri. ꝙ ludens ad scacos causa cupidi
tatis peccat mortaliter. Quod intelli-
go verū quādo tał cupiditas eēt mor-
tał ꝺ se. de q̄ qñ sit mortalis. vide sup.
Auaricia. §. i. Et idē dic quando fieret
ex quacunqꝫ alia mala itentione foret
mortale: si itentio est de eo qꝺ est pecca
tum mortale. Attende tñ ꝙ qñ talis lu
dus humanus fit causa lucri p̄ncipali-
ter ē illicitus. Unde peccāt venialiter
quia debēt ludere p̄ncipaliter cā recrea
tionis ꝛ solatij: ꝛ extēdi igeniū vł virtu
tē corporis. Uerum est qꝛ faciliter īdu-
cit ad mortale: quando fit p̄ncipaliter
causa lucri vt patet ex experientia: ꝛ est
vituperādus: licet lucratum nō sit nisi
de bono consilio pauperibus erogādū.
Sexto rōne temporis: puta: qꝛ dies fe
stus preceptus. Nam cū tali die prohi
beatur omne opus seruile. Exo. 20. nō
video quō bastiludia omibus diebus ꝛ
huiusmodi i quibus requiritur multa
seruitus possint fieri sine peccato mor-
tali. In alijs ludis i quibꝰ modica ser-
uitus iest nō esset mortale: licet fiat i fe
sto: nisi per totum diem se i huiusmōi
occuparent dimissis diuinis. Hoc qꝺ
dixi ꝺ bastiludijs ꝙ sit mortale pecca-
tum tꝫ Ricar. i. 3. di. 37. Sed si ex nulla
istarum circūstātiarum fiat illicitꝰ nō
erit peccatum: nisi fiat cā honeste recre
ationis vł ꝟtutis: aut igenij exercēdi.
Aut si erit peccatū erit veniale. ꝺ corea
tamē vide. sup. Corea. Aduerte ꝙ i lu-
dis qui sunt causa ꝟtutis exercēde vel
igenij nō licet ludere nisi per vnum sol
dum i vno ludo: vt i. d. aut. Alearū. ꝛ dꝛ
vnus ludus pro toto illo tempore cō-
tinuato que aliqui ludūt inuicem secū-
dum Bar. in. l. ficiendo. §. ifans. ff. de
furtis. ꝛ soldi. 72. faciūt vnam libram
auri. C. ꝺ su. prepo. ꝛ archi. l. quotiēs secū-
ꝺ. Sed tu hoc limita secūdum perso
nam ad istam rōem sic: si nō cōceditur
nisi vnus soldus in ludo magnis: ergo
3 grossus solū paruis.
¶ Est ꝛ tertius ludus qui dicitur dya-
bolicus: quia operatione dyabolica est
inuentus ad inducendos homines ad
peccatū: ꝛ iste est i triplici differentia
Primus consistit i ludibrijs que ludi-
bria aliquādo sūt derisio proximi. de q
dic: vt. s. derisio. aliquādo vero sūt ea
per que merito quis venit in derisū: vt
sunt rex inhonestarum demōstratiōes
et talis ludus omibus prohibitus est
tam exercere ꝙ videre. Unde quādo ta
les demonstrationes habēt prouocare
ad lasciuiam videntes: tūc peccāt mor
taliter tam exercentes: ꝙ volūtarie vi
dentes. Facit quod. s. dixi. Curiositas.
Unde dicit tex. in prohemio. ff. quis ei
ludos appellat eos ex quibus crimina
oriuntur: hec enim fieri nullo patimur
modo. hec ibi. Secundus ludus dicit
ludus alee: ꝛ sub isto comprehenditur
omis ludus qui innititur solum fortu
ne: vt ludus cartharum: taxillorum: ꝛ
huiusmodi. Tertius ludus dicitur mix
tus: quia partim innititur fortūe: ꝛ par
tim idustrie: vt ludus tabularum cum
taxillis: quia respectu taxillorū versat
fortuna: respectu tabularū ducēdarū ꝟsa
tur idustria.
¶ Utrū isti duo ludi vltimo dicti sint 4
prohibiti. R. ꝙ sic: vt patet i auten. ale
arum vsus. C. de reli. et sumpti. fu. et i
c. episcopus. 35. dist. et licet Hugo. in. d
ca. episcopus. teneat ꝙ semper peccat
mortaliter ludens ad predicta: tamen
non credo verum: nec dictum. c. episco
pus facit pro sua opinione: quia dicit
deseruiens: ꝛ dictio. de. auget: vt. ff. de-
positi. l. i. in principio. Ideo scđm glo.
ibidem. et Rodoñ. peccat mortaliter il
le qui valde seruit ludo id est ducit i cō
suetudinem. alias aliquando et raro si
credo foret mortale. Nec obstat dicta
auten. alearum ludus: quia ipsos pro-
hibet per verbum decernimus: qꝺ nō
inducit ad mortale: vt dixi sup. lex. §. 3.
Clericis tamen et religiosis videt esse
mortale ludere: aut ludentes ad ipsos
videre: vt in auten. de sanctis episcopis
§. interdicimꝰ. ꝛ ibi sequitur glo. Sed
ego non credo quia imperator non po
test precipere clericis: ꝛ ideo idem dico
de clericis quod ꝺ laicis ꝙ peccat mor-
taliter quando tales ludos ducunt in
consuetudinem: nisi ratione scanda-
li vt. s.

li:vt supra dictum est de ludo huma-
no. Ratio q2 isti ludi nō sūt ꝓhibiti: q2
mali sint de se: sed ideo sunt mali q2 ꝓ
hibiti: ꝛ causa ꝓhibitiōis sūt mala que
cōmuniter ex ipsis sequūtur: que non
sic veniunt in raro ludētibus: sicut icō
suete: ꝛ q2 ꝓhibitio non se extēdit nisi
ad deseruiētes talibus ludis. Ideo te-
ne qd̄ dixi. Verū est: ꝙ ē periculosū tali
bus ludere ꝓpter multa peccata q̄ cō-
muniter in ipsis fiunt.

5 ¶ Sed quid si quis ludit ad prefatos
ludos gratis causa recreationis vel cā
conuiuij ex consuetudine nunquid pec
cat mortaliter? Rx. glosa in dcō. §. inter
dicimus. videtur tenere ꝙ sic clericus.
Sed ego attendendo ad narrationem
dcē autē. alearum vsus. ꝛ consideran-
do ꝙ debeamus euitare correctionem
iurium: c. cum expediat. de elec. lib. 6:
Dico ꝙ nō prohibetur: immo licite po
test in eis ludi gratis: vel in aliquo mo
do siue causa cōuiuij siue causa recrea
tionis. Et sic intelligo. l. quod in conui
uio. ff. de aleato. Et intellige modicū
respectu persone que ludit: ꝛ etiam ta-
le modicum quod faciliter donaret: q2
in huiusmodi ludis sic factis cessat r
tio prohibitionis: nisi ratione alicuiu
circunstantie. de quibus supra. §. 2. es-
set mortale. Nec obstat dictum. c. epis-
copus. quod non distinguit: sed absolu
te loquitur de omni aleatore: ergo nec
nos debemus distinguere: quia hoc ve
rum esset nisi ratio nos induceret ad
distinguendum: sicut h. facit. c. Mar-
chiō. i. q. i. vbi dicitur. Non putemus
in verbis scripturarum esse euangeliū
sed in sensu: non in superficie: sed i me
dulla: nō in sermonum folijs: sed in ra
dice rationis. hec ibi.

5 ¶ Utrum inspectores predictorum lu
dorum prohibitorum peccent mortali
ter? Rx. glosa in dicto. §. interdicimus.
videtur tenere ꝙ sic si sunt clerici. Sz
tu dic ꝙ siue sint clerici siue laici ispe-
ctores: ꝙ aut ex aspectu eorum indu-
cuntur efficaciter aliqui ad ludendū:
ꝛ sic si ludentes peccant mortaliter: sic
inspectores. Si vero eos non inducūt
ad ludum ex eo. [illegible] inspectu nec ad cō
[illegible]uandum: [illegible] si aliud [illegible] nō

admiscetur non peccāt mortaliter eos
videntes ꝛ aspicientes: nisi essent ta-
les qui corrigendo possent eos facere
desistere a tali ludo qui est peccatum
mortale in ludente: quia tunc talis pec
caret mortaliter non corrigendo sed a
spiciendo: quia videtur consentire er-
ranti. 83. dist. error. cum similibus. pe-
riculosum est tamen tales aspicere lu-
dentes in ludo prohibito: quia facili-
ter eis placeret talis ludus deliberate:
quod esset mortale: vt notant theolo-
gi in secundo sententiarum dist. 24.
¶ Utrum acquisita in prefatis ludis
diabolicis sit necessario restituendū?
Rx. ꝙ si ille qui dedit seu amisit nō po-
terat alienare nec donare: sicut filiusfa-
milias serui ꝛ alij de quibus supra. Do
natio. i. ꝛ tunc sine dubio lucratū est
restituendum patri vel domino vel il-
li qui dedit. sicut cum quis lusit vltra
summam. 500. solidorum: quia sicut
donare non potuit nec ludere: vt supra
Donatio. i. §. 20. ꝛ ideo sibi est restituē
dum. ꝛ sic de similibus: ꝛ in hoc con-
cordant omnes doctores. Si vero po-
terat alienare: tunc distinguo ꝙ si in-
teruēit fraus: puta quia lucratus fuit
cum fals taxillis aut alia deceptione:
ꝛ sic similiter concordant doc. ꝙ tene-
tur necessario restituere ei a quo ha-
buit. immo dicit Bal. in Rrica. C. de cō
di. ob tur. cau. ꝙ tenentur furti tales:
et etiam ludentes scienter cum illis
qui non possunt alienare. ar. l. seruus
cuiusdam. ff. de condi. inde. nec facit
suum quod lucratur. l. falsus. C. de fur
tis. Aut non interuenit aliqua fraus:
ꝛ ille qui perdidit potuit alienare: ꝛ in
hoc est diuersitas inter doc. Nam com
munis opi. secundum Hosti. est ꝙ te-
neatur dare pauperibus: ꝛ hoc sequun
tur communiter canoniste in. c. cleri-
ci officia. de vi. ꝛ hone. cleri. Alij distin
guunt de subditis imperatori vel non
Sed tu breuiter dic ꝙ licet opi. predi-
cta sit multum rationabilis: vtpote
que retrahit homines ab huiusmodi
ludis: tamen nullo iure probatur ꝙ ne
cessario sit facienda sicut nec alia tur-
piter acquisita. Nec obstat ꝙ ope auxi
lio presidis pōt talia lucra si non repe-
tunt ab his q̄ amiserunt [illegible]: ꝛ pau

perib⁹ distribuere vt dicit tex. l. d. aut. ale
arum vsus. ⁊ sic vr ꝙ sint pauperuꝫ: q:
licet possit auferre in penam: nō tñ seq̄
tur ꝙ ipsi teneant̄ dar: sicut nec in alijs
casibus. i quib⁹ fisc⁹ turpiter acq̄sita p̄t
tollere: vt in. l. i. C. ad. l. iul. repe. ⁊. in. l.
i. ff. de iure fisci. Et faciunt que infra di
cam. Restitutio. i. in v̄bo turpiter acq̄-
situꝫ. ⁊ sic tene quo ad necessitatē resti-
tutōnis. Bene tñ faceret ep̄s si talia ac
ciperet ⁊ daret pauperib⁹. Silr ꝯfesso-
res debent ea erogari facere paupib⁹:
vt in quo dliquit in eo puniat̄: si tñ nol
let non est ei deneganda absolutio. Ad
uerte tñ ꝙ vbi leges imperiales ligant
ꝙ illi qui amiserunt si velent repetere
possent vsq; ad q̄nquagita ānos. ⁊ sic re
petēdo tenet̄ eis d̄ necessitate r̄stituē: vt
in. d. auten. alearū. Nec obstat qd̄ dicūt
quidā esse abrogatā per non vsuꝫ: q: nō
est verū: vt patet ex dictis supra Lex. §.
17. Sꝫ vbi lex iperialis n̄ ligat: sic̄ i terr̄
pape ⁊ similiū: nō posset repetere. Ubi
lex iperialis viget episcopi nō accipiūt
lucrata: possunt officiales facere vt dēt
pauperibus vel in publicos vsus: vt pa
tet in autentica alearum.
8 ¶ Sed pone ꝙ ludens in casib⁹ in qui
bus tenet̄ restituere lucret̄: ⁊ postea cuꝫ
eadē persona in alio ludo perdat nūq̄d
poterit ꝯpensatōnez facere? R. ꝙ si i eo
dem ludo clarum est ꝙ sic. ⁊ voco hic eū
dem ludum qñ se non diuerterunt ad
alia. ar. l. ꝯtinu⁹. in princi. ff. de verboꝝ
obliga. Et facit qd̄ no. Bar. in. l. inficiā
do. §. infans. ff. d̄ furt̄. Si v̄o i diuerso
ludo: puta q: hodie lucrat⁹ fuit ⁊ cras
cum eodem amisit: sic de subtilitate iu
ris non poterit ꝯpensationem facere si
ille cum quo lusit sit de illis qui non te
nentur de necessitate restituere: sed d̄ eq̄
tate conscientie credo ꝙ possit. Facit ꝙ
notat Pa. in. c. filius. de testamentis: ⁊
c. ex parte. in fine. de censibus.
9 ¶ Que pena contra tenentes ludum a
learum ꝓhibituꝫ? R. ꝙ Primo domus
in qua luditur debet publicari: vt in. d.
auten. alearum vsus. in verbo domib⁹
eoruꝫ publicari. Secundo si tenens lu-
dum verberetur non oritur actio ex ta-
li iniuria: nec punitur verberans: vel dā
num ei dans quandocūq; ⁊ vbicūq; fa-
ctum sit [illegible] sine tempore quo ludit̄ si-

ue alio scd̄m Bal. in. d. rubrica. ⁊ Bar.
et est textus in. l. i. §. notandū. de alea.
Tertio ꝙ si fuerit ei aliquid subtractū
tempore quo in eius domo luditur: si-
ue lusoribus siue ab alio nō poterit re-
petere: nec habet rei persecutionez nec
etiam penalem furti: vt est textus in. d.
l. i. §. i. ff. de alea. tamen in conscientia
pauperibus est dandum. ar. c. cum tu.
de vsu. Quarto qui alium compulit ad
ludendum etiam ex metu qui non ca-
dit in constantem potest puniri iudicis
arbitrio: ⁊ potest poni in carceribus: vt
in. d. textu. §. i. ibi qui compulit. Unde
generaliter intellige illum compellere
eo ipso ꝙ ꝓstat cum altari parato hoc est
prestat domum: taxillos: scamnum: lu-
mina ⁊ huiusmodi. nam istis suasioni-
bus ⁊ illecebris dicitur compellere iu-
uenes qui non possunt refrenare iuue-
niles calores. l. fi. §. filij autem. C. d̄ bo.
que liber. sicut dicimus in materia ma-
cedoniani. in. l. i. ⁊. 3. ff. ad macedo. ⁊ p
totum. Aliter nisi ita acriter intelligere
tur. d. l. effectum non haberet. quod nō
est dicendum. l. si pretor. in prin. ff. d̄ iu
di. que lex predicta potest etiam intelli
gi in omnibus alijs qui blanditijs ⁊ su
asionibus inducunt homines ad ludū
ꝙ dicantur compellere: sicut dicimus
de raptoribus virginum ꝙ nisi esset q̄
solicitaret qui dolosis artibus circumue
niret non faceret eam puellam in tan-
tum dedecus sese prodere. textus est in
l. vnica. §. 2. C. de rapto. vir. Quinto ꝙ
omnis contractus celebratus inter lu-
dentes ad inuicem non tenet: vt notat
Bar. in. l. si quis cum sciret in fi. ff. pro
emp. nec vendens in ludo tenetur de e-
uictione: vt in. l. si filiofamilias. §. i. ff.
quarum rerum actio non datur. Se-
xto ꝙ mutuans pecuniaꝫ lusoribus vt
ludant secum non potest eam repetere
vt est glo. ordinaria in. l. i. in principio:
⁊ in. l. finali. ff. de alea. Ego credo etiaꝫ
hoc verum generaliter in quocunq; sci
enter mutuat ludere volenti ꝙ non re
petet. ⁊ videtur casus in. l. verum. §. pe
nultimo. ff. de mino. nec dicas ꝙ loqui
tur de minore vt etiam loquitur. l. si ve
ro non re[illegible]randi. §. si adolescens. ff
mandati: quia idem [illegible] de maiore: vt
dicit glo[illegible] in dicto. §. si adolescens. Itē
q: dicta

quia dicta .l. verum loquitur quando
mior ēt pulegiat⁹ mutuat miori ēt pui
legiato: ⁊ tamē ibi licet sint i pari priui
legio: potio: est conditio illius qui per
..t pecuniā. facit quod no. Bar. in. d.
l. si quis cum sciret.

l Luxuria est solutio ī volu
ptates ꝫm Isido
rum in libro ethymologiaruꝫ.
voluptates autē maxime veneree sol ⸗
uunt animuꝫ hominis: ⁊ ideo luxuria
ē pricipaliter i eis. Secūdario aūt di⸗
cit cē i quibusdā alijs ptinētib⁹ ad ex⸗
cessuꝫ ꝫm glo. ad gal. 5. vbi dicit ꝙ lu ⸗
xuria est quedā supfluitas.

1 ¶ Quot sūt species luxurie pncipalr̄?
R̄. ꝙ sunt sex. de q̄bus habet. 36. q. i. §.
cū ergo. scilicet fornicatio simplex. A⸗
dulteriū: Incestus: Stupruꝫ: Rapt⁹:
⁊ viciū ꝫ naturā. Adde excessū in actu
piugali. d̄ q̄b⁹ habes. ī. Preceptū. §. 10.

2 ¶ Utrū sit peccatuꝫ mortale? R̄. ꝙ sic:
ſꝫ nota ꝙ luxuria hꝫ iniciuꝫ i corde co⸗
gitādo cū delectatiōīs: ⁊ istud ē pecca⸗
tum mortale secūdū distinctionē posi⸗
tā supra. Cogitatō morosa. Multoma
gis si vltra cogitationem peccati mor⸗
talis addat sensus: puta quia vult de⸗
lectari in videndo: tangendo: loquēdo:
⁊ hmōi: licet nolit cōsūmare opus. Itē
est peccatū mortale deliberatus consē⸗
sus in op⁹ si facultas adesset. Mathei.
5. Qui viderit mulierē: scꝫ desideran⸗
do corde deliberate ad mechanduꝫ iaꝫ
mechatus est. s. propter peccatuꝫ mor
tale: ⁊ illius speciei: cuius est materia
quā appetit: puta si solutam. fornica⸗
tio: si coniugataꝫ adulterium ⁊ hmōi:
que circūstantia est cōfitenda de neces⸗
sitate cuꝫ mutet specieꝫ ꝫm aliquos: ſꝫ
ego nō credo: quia soluꝫ est ꝯtra vnā p
hibitionē. s. Nō concupisces primi tui
vx. vel cōtra aliud. nō rem. nec est ibi a
liqua materia lesa: licet sit bonū cōfite
ri eam: sed multo magis est peccatum
mortale cum consentit in operatio ⸗
nem. Unde si est polutio solum sine al⸗
terius cōmixtione sic dicitur mollicies
vel immundicia. Si vero coitus fit ad
rem alterius speciei: sic dicitur bestia ⸗
litas. Si autē ad reꝫ eiusdeꝫ speciei ſꝫ
idebiti sexus: sic dicit sodomia. Si q̄r
te sit ad rē eiusdē speciei ⁊ debiti sexus
sed nō seruatur naturalis modus coe⸗
undi vel quantuꝫ ad instrumentuꝫ uō
nō debitum: vel quantuꝫ ad monstruo
sos concubēdi modos: sic hi quattuor
modi dicuntur peccatum contra natu
raꝫ. Si cuꝫ alio eiusdeꝫ speciei ⁊ in de⸗
bito vase ⁊ debito modo fit talis polu
tio. Aut est cuꝫ soluta: ⁊ sic fornicatio:
aut cū coniugata: ⁊ sic adulteriuꝫ ⁊ hu
iusmodi: ⁊ sic semper peccatuꝫ morta⸗
le si ē volūtaria preter matrimonium.
¶ Quod est grauius horuꝫ? R̄. pecca⸗ 3
tum cōtra naturaꝫ est maximuꝫ ⁊ isto i
fimuꝫ est mollicies: grauissimuꝫ bestia
litas: medium sodomia: post peccatuꝫ
maius est incestus: post incestum est
adulterium. Uerum intellige accipi⸗
endo in suo summo: quia maius pec⸗
catum est coire cum matre q̄ cum al⸗
terius vxore. Adulterium est maius
stupro: vtrūqꝫ autē aggrauatur per vio
lentiaꝫ. vnde raptus virginum est gra⸗
uius stupro: ⁊ raptus vxoris grauius
adulterio. hec omnia aggrauantur ꝫm
rationem sacrilegij. Infimuꝫ oiuꝫ pre⸗
dictoru: est fornicatio que cōmittitur
sine iniuria alterius persone.
¶ Quot sunt eius filie? R̄. Isi. ponit 4
quattuor ex parte sermonis: nam ser⸗
mo debet esse decens: cōtra quod ē tur
piloquium. Secūdo licitus: contra qd̄
est scurrilitas. Tertio expediens: cōtra
quod est lubrica. Quarto sale cōditus
s. sapientie: cōtra quod est stultiloquiū
Est ⁊ quinto cecitas mentis. Sexto p̄⸗
cipitatio. Septio incōsideratio. Octa⸗
uo amor sui. Nono est odium dei. De⸗
cimo amor mundi. Undecio horror fu⸗
turi seculi. Et duodecimo incōstantia:
de quibus. s̄. Interrogationes.
¶ Utrū in tactib⁹ ⁊ osculis ⁊ hmōi sit 5
pctm̄ mortale? R̄. ꝙ sic qn̄ d̄liberate fūt
cū d̄lectatōīs luxuriose ꝫ ꝙ s̄. dixi. Co
gitatio. sec⁹ qn̄ sunt causa amicitie.

m Magister ꝫm Hostiē. dr̄
is q̄ alicui⁹ rei
siue negocij p̄ ceteris curā ge⸗
rit. l. i. §. magistrū. ff. d̄ exerci. Et ē nom̄
magr̄ dr̄ a monēdo siue mōstrādo. ff. d̄
x. sig. l. qb⁹ precipua. ⁊ de magistris. c.
quia. Sꝫ proprie magister vocat q̄ do
cet gramaticā vl̄ alias artes liberales et
theologiā: ⁊ sic accipit. ... magistris c.

1 quia nonnullis.ꝛ in cle.2.eo.titu.
¶ Qualis debet esse magister? R. ꝙ dʒ
esse idoneus: prouidus: ꝛ discretus in
sententia quam vult docere.c.i.2.ꝛ.3.
eo.ti.ꝛ idoneus est qui primo moribus
ꝛ post facundia alios antecellit.l.vnica
C.de professo.qui in vrbe.iuncta.l.ma
gistros.C.de professori.ꝛ medicis. Naʒ
qui alios docet non debʒ hr̃e necesse ab
aliis doceri.ar.36.di.§.ecce. Debet etiã
habere bonã conuersationem testeʒ do
2 ctrine.64.di.valentinianus.
¶ Utruʒ religiosus d3beat ad magisteri
um assumi? R. ꝙ si ingerit se vt fit cõiẽ
hodie non dʒ.16.q.i.monachꝰ.cũ mltis
c.ꝛ.q.7.c.in noua. Si vero non ingerit
se sed mittitur a prelato suo ad quẽ per
tinet: sic possunt ꝛ debent assumi.19.q.
i.sic diuc.ꝛ.c.si clericatus.ꝛ.c.doctos.ꝛ
3 extra de.ti.c.i.ꝛ pe.
¶ Que sciẽtie legi possunt? R. ꝙ oẽs q̃
faciunt ad instructionẽ aie: corporuʒ: vl'
rerum: nisi sint reprobate: ꝛ sunt iste q̃
legi possunt singulariter.
Grammatica de qua. Quid agãt artes
ego semper predico partes.
Dialetica d3 qua. Me sine doctores fru
stra coluere sorores.
Rhetorica de qua. Est mihi dicendi ra
tio cum flore loquendi.
Musica de qua. Inuenere locum per
modulamina vocum.
Geometria de qua. Rerum mensuras
ꝛ earum signo figuras.
Arismetica de qua. Explico per numeꝝ
que sit proportio rerum.
Astrologia de qua. Astra vias ꝗ poli
varias mihi vendico soli.
4 ¶ Utrum mathematica possit legi? R.
ꝙ mathesis cũ aspiratione medie ad ex
ercitiũ non licet docere: q: significat ar
tem diuinãdi: ꝛ est reprobata: vt.C.de
male.ꝛ mathe.l.nemo.ꝛ.l.culpa. Sed
ad instructionẽ doceri posset.37.di.legi
mus. Sʒ ego credo ꝙ ẽt ad instructio
nem nõ liceat: q: cuius vsus malꝰ est ip
sum quoꝗ malũ est: vt dr̃ in primo sen
ten.di.i. Sed alia mathesis que habet
penultimam breueʒ bene licita est que
est de quattuor vltimo dictis scientiis.
vnde versus. Scire facit mathesis di
uinare mathesis.
5 ¶ Theologie [illegible] doceri põt eo.
ti.c. nonnullis. Jus canonicũ ꝛ ciuile:
de priuilegiis cum diuersis.li.G.
¶ Sʒ q̃d de poetis q̃ vt in pluribꝰ sunt
ad aios iuuenũ corrũpẽdos? R. ꝙ disti
guendũ est de libris gentiliũ. Naʒ q̃daʒ
libri sunt q̃ vt in pluribꝰ sunt d3 lasciuiis
vt Ouidiꝰ d3 arte.ꝛ similes ꝛ tales legē
re vel audire oĩno prohibitũ est. Et sic ĩ
tellige.c.sacerdotes.ꝛ.c.legãt.ꝛ.c.ideo.
37.di. Sũt alii libri gẽtiliũ seu poetarũ
qui ꝛ plurimũ mltũ vtilitatis afferũt: lʒ
in eis aliq̃n sint aliq̃ turpia inixta: ꝛ ta
les legere vl' audire cã eruditõis vocabu
loꝝ vt p eos sciãt loq̃ recte atꝗ ornate: nõ
est ꝓhibitũ: ꝛ sic loq̃r.c.turbat.eadẽ di.
cũ duobꝰ.c.se.dũmõ sit talis magister
qui fabulas lasciuas abbreuiet.ꝛ obscu
re legat. Et sic limita glo.in sum.di.37.
vide etiam qđ dicam.infra Scientia.
¶ Ubi debent magistri institui ad legẽ 7
dum? R. ꝙ in omnibus locis vbi facul
tates ecclesie suppetũt: siue sit cathedra
lis: siue alia ecclesia a collegiata que ha
beat facultates sufficientes ad hoc; de
bet poni magister qui legat in gram
matica cui competens beneficium assi
gnet: seu percipiat fructꝰ vniꝰ prebende
ꝛ tamdiu solũ quandiu ꝑseuerat in do
cendo clericos gratis illiꝰ ecclesie: ꝛ ali
os pauperes. In metropolitana vero
ecclesia debet esse magister q̃ doceat in
sacra pagina: ꝛ de his q̃ pertinẽt ad cu
ram animarũ.37.di.de q̃busdã.ꝛ.c.ti.
c.i.ꝛ.c.quia nõnullis. Hodie vero statu
tuʒ est ꝙ roma.parisiẽ.oximẽ.bono
niẽ.salmaciẽ.ecclesia habeat duos vi
ros peritos ad instruendum in lingua
hebrayca: caldaica: ꝛ arabica.cle.i.eo.ti
tu.ꝛ ibi ponitur cuius sumptibus.
¶ Quid si non vacet aliqua prebenda? 8
R. quilibet de prebendatis debet dare
tantum ꝙ faciant vnam prebendam si
superest ad eorum necessitatem.ar.c.si.
de his que fiunt a maiori.parte capi.ꝛ
eccle.edifi.c.de his. vel si non superest
expectent donec vacet prima.ar.c.dile
ctus.el secundo.de preben.secundum
Ber.ꝛ Hostien.
¶ Sed pone ꝙ sit ꝑbenda vna assigna 9
ta magistro: nunquid tenentur canoni
ci eligere [illegible]um canõicum: cuʒ magister
non sit canonicus: ꝛ statuto cum iura
mẽto [illegible] caueatur ꝙ sint tot in nu
mero. R.

mero.R.φ nõ: auctoritate illius cõsi-
lij.c.q2 nonullis.eodem tit. nec faciũt
cõtra iuramentũ: nec currit eis tẽpus
quia non dicitur vacare talis preben-
da: nisi quando magister desistit a le-
gendo.

10 ¶ Utrũ magister possit eligi in canoni
cum sub illa cõditione vt doceat. R. φ
nõ: q2 debet cessare omnis conditio et
pactio: al's esset simoniacum. Sz si va
caret aliqua p̃benda: tũc ea vacãte pos
sent statuere vt istud onus sit ei anne-
xum. ita no. Hostien. ⁊ Ber. in. d.c.q2
nõnullis. q̃uis Host. videat̃ tenere φ
etiam in primo casu nõ est simonia: sz
permutatio de spũali ad spirituale .c.
ad questiones. de rerũ permu.

11 ¶ Utrum talis magister cui assignata
est prebenda vel puisio de ecclesia pos-
sit aliquid exigere a scholaribus. R. φ
nõ: etiam pretextu cuiuscunq3 cõsuetu
dinis: in.c.i.e.ti. ⁊ si exigit a clericis il
lius ecclesie: vel a pauperibus alienis
cõmittit simoniam. s̃m Host. in.c. q2.
eo. titu. ⁊ Jo. an. Bart. Brix. Archidi.
in.c. de quibusdam. 37. distinc. Et hoc
intellige si redditus sunt sufficientes:
secus si sit pauper: nec habet puentus
sufficienter assignatos: quia magistri
necessitas subleuãda est. d.c. quia nõ-
nullis. quia sic nõ esset simonia secun-
dum Alexan. nec est vendere scientiã
sed laborem suum. facit. l. 2. ff. de orig.
iur. sicut ⁊ episcopus. licet nõ possit fa
cere exactiões: tamen ex necessitate exi-
git subsidium charitatiuum. c. cũ apo-
stolus. §. prohibemus: de censibus. et
c. cũ sit. de simo. ⁊. c. cõquerente. in fi.
de offi. ordi.

12 ¶ Quid d̃ alijs magistris. R. φ similiter
nõ debent exigere aliquid quãdo sunt
salariati debite de pũblico in studijs ge
neralibus a quocunq3 s̃m Pa. in. d.c.
quia nonnullis. In alijs extra studia
generalia. Similiter nõ possunt a schola
ribus illius loci s̃m dominum Anto.
nec pauperibus: sed bene a diuitibus
alienis. ⁊ etiam secundũ cõsuetudinẽ.
l. φ si nolit. §. qui mancipia. ff. de edil.
edic. facit. l. si fundus. ff. de eui. ⁊ que
no. Bar. in. l. nemo est qui nesciat. ff. d̃
duobus reis. Si vero nõ sunt salaria
ti pñt exigere sed nõ a pauperibus. de

censi. c. licet. Et h̃ intellige vera φ pos
sunt exigere quãdo nõ est sibi puisum
sufficiẽter. ⁊ loq2 hic nõ de his q̃ legũt
vt addiscãt: vel pp honorẽ: q2 tales non
gerunt vtiliter negocium alienum sed
suũ. ff. de nego. gestis. l. si pupilli. §. 2.
sed de illis qui ad vtilitatẽ scholarium
legũt: vt sunt docti.

¶ Nũquid omnes magistri possint ob 13
lata a scholaribus sponte recipere. R.
φ sic. c. dilectus filius. el. 2. in fine. de
simo. 10. q. 5. Priscis. q2 quedã sunt q̃
licet inhoneste petũtur: tamen honeste
recipiunt̃. l. i. §. quidem res. ff. de va. ⁊
extraor. cog.

¶ Utrũ magister propter lucrũ datum 14
sibi a scholaribus concedens eis vaca
tionem vel celebratiões festi peccet. R.
Ro. φ si hoc facit p recreatiõe eorũ nõ
est simonia: sed tamen turpe lucrũ. se-
cus si faceret pp̃ter festum colendũ vł
nõ colendũ: quia tũc esset simonia s̃m
Ray.

¶ Utrũ possit sine simonia aliq̃d exigi 15
p licentia docẽdi danda. R. Hostien.
⁊ Gof. φ simonia nõ ẽ sed turpe lucrũ
de necessitate restituendũ ei q̃ dedit si
erat idone9: q2 nõ turpiter dedit sz po
tuit redimere vexationẽ suã. c. dilect9.
el. i. de simo. secus si nõ erat idoneus:
q2 cũ turpiter dederit non ei restituit̃:
sed paupibus de bono cõsilio esset dan
dũ. vide quod not. Ber. in. c. presbiteros.
eo. tit. Idem dic de episcopo q̃ nõ vult
dare liniã suo clerico eũdi ad scholas:
nisi aliquo sibi dato. Rodo. tñ credit si
moniacum episcopũ si propter lucrum
dat licentiã p quinquennio a iure cõces-
so. c. super specula. eodem titu. Silr si
ad maius tempus quãdo habet respe-
ctum principaliorem ad soluendũ eũ a
spũali officio qd dedit ecclie. Si vero p-
pter moram in studio faciendã: sic tur
pe lucrum est non simonia sed morta-
le peccatum.

¶ Utrũ q̃s possit petere liniam docẽdi 16
in theologia. R. s̃m. S. Tho. in quol.
φ sic: cũ cõicare scientiã sit opus chari
tatis. Quod intellige verũ quãdo hoc
querit pp̃ter bonũ finẽ: sed propter su
perbiã ⁊ extollentiã nõ liceret.

¶ Utrum ille qui obtenta licentia fecit 17
expẽsas in cõuiuijs s̃m cõsuetudinem

⁊ ult.

possit alium substituere cum pacto: ꝙ reddat sibi expensas. ff. Rod. ꝙ sic dū modo substitutus legat vice sua: ⁊ cō- suetudo sit substituendi. Si ꝟo totū ius suū in eū transfert: sic nō pōt aliqd etiā ꝑ interesse suū pacisci: ⁊ multo mi nus de certa portione emolumēti ꝑci- pienda. nec est ꝯ ꝙ ecclesia traditur ta li modo: quia beneficia sunt assignata ꝑ sustentandis clericis: sed istud ꝓ la- bore docendi.

18 ¶ Utrū peccent mortaliter admittentes ad doctoratū nisi exigant iuramentū ꝙ nō expendent vltra tres mille turo- nēses argenteos in tali doctoratus vel magisterij solēnitate. ff. ꝙ sic ⁊ sūt su- spensi per sex menses ab hmōi promo- tione: etiā si sunt episcopi: vt in cle. vi. de magistris.

m **Aioritas** non queritur a seruo dei: sed inferiotas. 40. di. multi. 93. di. diaconi sunt.

m **Aledictio** proprie est imprecatio seu optatio mali alicuius fctā sub ratione mali: hoc est inquātum est malum intēdens ipsum malū: vt colli gitur ex. c. deus. 24. q. 3. Large aūt ac- cipitur etiam ꝓ blasphemia dei vel san ctorum: vt in. c. statuimus. de male. et omnis talis maledictio ꝓhibetur. 24. q. 3. si igitur: 46. distinc. clericus: ⁊. c. i. de maledi.

b ¶ Utrū sit peccatum mortale maledi ctio. ff. ꝙ aliquando qs imprecatur ma lum alteri sub rōne boni: vt scz conuer tatur: vel nō habeat causam faciēdi ma- la: vel ei qui meretur maledici: sic nō est peccatum ſm Alex. scda scde. tractatu de maledictiōe quādo fit cum alijs de bitis circunstantijs: immo maledictio isto modo erit bonum: licet sit malum ei cui maledicitur. sed quādo qs maledi cit ꝓprie: tunc semper est peccatū mor- tale si fit cū deliberatiōe rationis ⁊ de malo notabili. secus si ex impetu et de re minima. Dicit tamen Alex. ꝙ si ta- lia ducantur in cōsuetudinem posset esse mortale ꝓpter cōtemptum.

a ¶ Utrū liceat maledicere creature ir- ratōnali. ff. ſm Alex. vbi. s. ꝙ maledi cere creature irrōnali ſm se considera- te est ociosum ⁊ vanū et per ꝯsequens illicitum. Maledicere aūt eis ꝓut or dinantur ad hominem: sic est idē pec- catum ac si fieret homini: ⁊ ita morta- le sicut dictū est: ⁊ de talibus intelligitur illud. Maledicti regnū dei non possi- debūt. 24. q. 3. §. illicita. ⁊ de pena ma- ledicentium deū vel sanctos. vide sup. Blasphemia.

m **Aleficium** dr aliquā do sortile- giū vel incantatio. 26. q. 5. nec mirū. ⁊ de hoc. j. sortilegium. ⁊ quomo do potest destrui. vide. j. Superstitio. §. 13. Aliquādo dr quodcūqz crimen: vt furtū: rapina ⁊ hmōi: vt insti. de oblig. q ex delic. nas. Est etiam quasi malefi- ciū nocumentū qd fit proximo preter propositū: vt instit. de oblig. q ex quasi delic. nas. per totū.

m **Alicia** dr tripliciter. Primo pro habitu vicioso ex quo ꝓcedit ꝙ homo est val- de inclinatus ⁊ promptus ad agēdum opa illius vitij habituati: ⁊ sic est pec- care ex malicia. i. ex electōe mali ꝓpter illam inclinationē habitus viciosi: sed nō est peccatū in spiritū sanctū. Scdo dr malicia cōtemptus ⁊ abhominatio rerū spūalium ꝓcedens aliquādo ex in- ordinata tristicia mētis: ⁊ isto modo est filia accidie. Tertio malicia dr peccatū in spiritū sanctū. de quo dic: vt. j. Pec catū. §. 3. Et istis duobus modis sp est pctm mortale malicia: ex qua in ꝯtem- ptū bona spūalia vel diuina habentur si est in deliberatōe voluntatis ſm sctm Tho. 2a 2e. q. 35.

m **Andatum** dr qn quis ad satisfa- ctōem sue voluntatis imponit aliqd alicui nulla data pecunia seu q- cunqz alio interueniāt quecūqz verba: ita tamē ꝙ sint q mādantur ad vtilitatē seu satisfactionē mādantis. Si ꝟo sūt ad vtilitatem illius cui cōmittitur: sic di cetur persuasio ⁊ ꝑsuasor nō mādator vt no. Bar. in. l. nō solum. §. si mādato ff. de iniur. Si aūt data pecunia si est circa delictū: sic dr mandatū accipiens assasinus. de quo in. c. ꝓ humani. de ho mi. li. 6. ⁊. d. l. nō solū. Ubi ꝟo nō est cir ca delictū mādatarius dr locator ⁊ mā-

dans con

dās ꝯductor: nec est mādatū proprie.
¶ Utrū mādans delictū includat sub
dispositiōe iuris vel statuti punientis
eum q̄ fecerit tale delictū. R. Pa. in. c.
mulieres. de sen. ex. sic distinguit. Aut
verba scripta sūt in rem: puta dicit ius
siue statutū p homicidio imponat tal
pena: ⁊ sic includit ex propria significa
tione verbor: q: de homicidio qd̄ man
dauit tenet. l. hec verba. ff. de adult. et
l. aut q̄ aliter. §. hec verba. ff. qd̄ vi aut
clam. ⁊ vtrobiq; per Bart. ⁊ p Cy. in. l.
non ideo minus. C. de accu. aut verba
sunt scripta in personam: vt q: d: si q̄s
cōmiserit homicidiū puniatur tali pe-
na: ⁊ sic si cōmittit per instrumentū qd̄
necessario operat necessitate facti: sicut
mittens sagittā ⁊ huiusmodi. vel ope-
ratur per instrumētū necessitate iuris:
sicut quādo procuratori vel subdito ali
q̄d mādatur licitum: sic includit man
dās: q: ipse vere facit: quoniā actus at
tribuit pncipio. ſa. l. item mela. §. i. ff.
ad. l. aquil. ⁊ p hoc textu in. l. si pater. i
fi. de manu. vin. ⁊. l. 3. §. si pcurator. ff.
q̄ quisq; iur. ⁊ ideo statutū puniens p
ponentem exceptionē cōtra instrumē-
tum mādans pcuratori pponere tene
tur pena statuti. Si vero instrumētuz
per qd̄ explicat operatur volūtate pro-
pria nō necessitate facti vel iuris: vt pu
ta q: mandauit delictū cōmitti: māda
tarius nō tenet obedire: tunc in dispo
sitiōe iuris cōmunis mandator cōpre-
hendit nō ex propria significatōne: sed
interpretatōe iuris: quod vult parū in
teresse vel per se vel aliū facere: vt dicit
tex. in. l. i. §. deiecisse. ff. de vi ⁊ vi ar. sz
nō habebit locū i statuto in quo fictio
non habet locum. l. 3. §. hec verba. ff. de
neg. gest. Et hoc tene. licet Bal. in. d. l.
nō ideo minus. aliter distixerit. Distin
guo tamen ſm Bal in. l. omnes popu
li. ff. de iusti. ⁊ iur. sic. q̄ aut statutū in-
dulget: puta homicide remittat certa
pars pene: et sic cōprehendit: q: cessat
odium: ⁊ fauor est ampliādus. regula
odia. lib. 6. Aut punit: ⁊ tūc aut de pe-
na regulari que non multū exorbitat a
iuris cōis dispositōe: ⁊ sic includit: q̄a
tunc statutū debet interpretari ſm ius
cōmune: vt in. c. cum dilectus. de ꝯsue
tudine. not. Inno. in. c. caus... de

rescrip. ⁊ Bart. in. d. l. omnes popu li.
quam quidem penā ius cōmune vult
vt comprehendatur: vt. s. dictum est.

Additio Exemplū in iure cō-
muni nō est expssa pe-
na: statutū exprimit penaz ⁊ loquitur
de faciente ⁊ includit. Aut punit pena
irregulari et que exorbitat a cōi iure ⁊
sic non includit: sed habebit locū in ca
su suo. ⁊ hoc senserūt doctores antiqui
in siſi in. l. quicūq;. C. de seruis fugiti.
in illa questione. nūquid masculinum
cōcipiat femininū. in odio regulari cō-
prehenditur: sed in irregulari nō. Nec
obstat predictis. c. mulieres. de sentē.
excom. in verbo vere. quod videtur in-
nuere q̄ nō interpretatiue: quia illud
veruz est ſm Bar. in. l. sed si vnius. ff.
de iniu. in pcō sed nō i pena: ⁊ q̄ nō ve
re cōprehendat. facit. c. vt fame. de sen
ten. excō. vbi tex. inquit facere videan-
tur. ergo interpretatiue. ad idē de cle.
pug. in duel. c. ij. vbi pugil vere homi-
cida d: ⁊ mādans nō: licet teneatur de
homicidio. Item quia tex. ponit vt di
uersa facere ⁊ mādare. 50. distin. si q̄s
viduam. ⁊ de homi. c. sicut dignum. Er
go in penis irregularibus a iure cōmu
ni per statuta nō habebit locū: vt dixi.
Idez dic q̄ quo ad effectus naturales
qui ex ipso facto proueniūt vel requi-
runt nūq̄ sunt paria facere per se vel p
alium. facit quod no. Bart. in. d. §. de
iecisse. vbi vult q̄ nō est idem adulteri
um facere per alium sicut per se: sed
quo ad effectus ciuiles qui consistunt
in reprimendis iniurijs: sic tene quod
s. dixit.

Additio Nisi quādo ius punit
aliquem qui personali-
ter fecerit: quia tūc nō includit in pe-
na faciens per alium. Et sic intellige ⁊
limita gl. in. c. sciāt cūcti. de elec. lib. 6.
⁊ iura in ea allegata.
¶ Utrum mādatarius nō seruās for- z
mam mādati faciat aliquid validum.
R. q̄ nō: quia gesta cōtra formam mā
dati sunt nulla: ⁊ nō solum quando fit
expresse cōtra formam: sed etiam quā-
do fit preter ⁊ citra formam: quia quā
do ad actum etiaz datur forma: paria
sunt agere cōtra citra ⁊ preter formā.
vide tex. cum glo. in. c. si sul. de s. lectō.

lib.6.⁊.c.prudentiam.de offi.delegati. facit.l.diligenter.in principio.ff. mandati.no.Pa.in.c.fi.de resti.spo.qđ limita vt.s.Absolutio.3.§.2.

3 ¶ Quid de mandato qualificato. R. ſm Panormi.in dicto.c.fina.ꝙ distribuitur in duo mādata ⁊ si nō potest implerí de facto seu de substantia debet impleri in modo seu qualitate. Ex quo infertur ꝙ si duo mādantur: etiam data certa forma: licet nō possint simul impleri: debet tamen fieri quod potest: et valebit actus. facit quod nota. per glo.⁊ doctores.in.c.constitutus. de rescriptis.

4 ¶ Quid de eo qui mādauit delictum quod post multum tempus ille exeq̄tur. Cōcludit Innocē.in.c. ad audientiam.de homi.ꝙ tenetur si nō reuocauit expresse vel tacite: vtputa quia feci pacem cum inimico vel parentelaz: vt.l.3.§.fi.⁊ ibi glo:⁊ Barto.ff. de adi. lega. ⁊ hoc sequitur Bald. in.d.l.non ideo minus.

5 ¶ Utrum mādans teneatur mādatario de casu fortuito. R. Pa.in.c. sicut. de iureiurādo.ꝙ agens actōe mandati petit damna que verisimiliter ꝯtingere potuissent quasi mādās ea debuerit cogitare a principio in.d.c.sicut.⁊ sic petit expēsas ⁊ damna.ff.de nego. gestis.l.nēsennius.⁊ sic dicit intelligēdam.l.inter causas.§.nō omnia.⁊.l.si quis alicui.§.impendia.ff.mādati.nisi damna cōtigissent ex casu fortuito q̄ verisimiliter nō fuisset cogitatꝰ. dicto §.nō omnia.⁊ hoc tenet etiam Jo. an. in regula.damnum.in mercurialibus. lib.6. Et intellige predicta in eo q̄ gratis suscipit mādatum. Nam mādatuz dꝫ esse gratuitū.l.i.§.i.ff.mādati.⁊ idō isti stipendiarij qui veniunt pro precio nō possunt agere ad damna: quia non sunt mādatarij: vt dictum est. Item illi qui causa pietatis vel parentele ⁊ huiusmodi.hoc faciūt.23.q.3.nō inferenda. Similiter nec illi qui ex debito tenētur.11.q.3.si dominus.⁊.c.Julianꝰ. vide qđ no.in.d.l.nēsennius.

6 ¶ Utrū mādatum expiret morte mādatoris. R. docto.in.c.gratum.⁊.c.relatum.de offi.delega.ꝙ re integra expirat.l.mandatum.C.mandati. alias nō. Quomodo res dicatur integra ⁊ quō nō. vide ibidem p doc.

m Manifestum nos scribimus intelligere ꝙ vel per cōfessionem vel ꝓbationem legitime notum fuerit aut euidentia rei que nulla possit tergiuersatōe celari. dicit tex.in.c.cū olim in fi.de verbo.sig.⁊ ibi dicit glo.ꝙ proprie manifestum dr quod non eget ꝓbatione.

Additio Et sic est notoriuz: sed manifestum proprie ꝓut est species distincta a notorio dicit qđ probari potest.

¶ Utrum in dispositiōe vbi fit simplr mētio de manifesto debeamus accipere manifestū ꝓprie ꝓut est spēs distincta a notorio. R. secūdum Pa. in.d.c. cum olim. ꝙ debemus cōsiderare materiam subiectam: vt no.in.c.rogo.11. q.3.⁊ etiam vsum loquēdi.ar.c.ꝙuis. de ver.sig. In dubio vero debemus capere ꝓprie.ad hoc.l.nō aliter.ff.de leg. 3.⁊ in.c.fi.de verb.sig.⁊ maxime in penalibus.

m Manumissio est libertatis datio. Nam dum quis in seruitute est manui ⁊ potestati suppositus ē: sed si manumissus est liberatur a manu ⁊ potestate domini: vt institu.de liber.§.primo.⁊.12.questione secūda.cū redemptor.

¶ Quis pōt manumittē. R.ꝙ is q̄ habet administrationē rerū suaruz.⁊.18. annū inceperit inter viuos libertatem dare potest.instit.qui.ex cau.maio.nō pos.§.pe. In vltima vero volūtate qui testari pōt.s.in.14.anno: pōt ⁊ manumittere: vt in.d.§.pe.⁊.C. qui ma.non pos.aut.sed hodie nouo iure. Itez epūs pōt manumittere seruos ecclesie bene meritos.12.q.2.si quos.de seruis.pōt ēt ⁊ nō bñmeritos: dūmō det ecclie ꝓ vno duos eiusdē meriti ⁊ peculij.12.q. 2.epūs q̄. Intellige de bōis ꝓprijs. Itē cā miseratōis pōt.d.c. cum redemptor. Abbas pōt etiā cū cōsensu epī ⁊ monachorum.12.q.2.abbatibus.vel si ꝯsuetudo sit ꝙ possit vel nō possit.illā seruā.de his que fiūt a prela.si cū.⁊.c. ea noscit.⁊.c.cum nos.

2 ¶ Quid si quis sit seruus plurium nunquid potest manumitti ab vno illorum aliis contradicentibus? R. quod sic: sed manumisso: tamen alios seruat indemnes. C. de com. seruo manu. l. i.

3 ¶ Utrum valeat manumissio in fraudem creditorum facta? R. quod non. C. qui ma. non pos. l. i. et insti. ex qui. cau. ma. §. i.

4 ¶ Utrum possit manumitti ille qui propter delictum incidit in seruitutem? R. Pa. in c. ita quorundam. de iude. quod non secundum Jo. an. Facit. l. 2. C. quibus ad li. procla. non licet

5 ¶ Quomodo fit manumissio? R. multis modis. insti. de liber. §. multis modis. vbi inter alios dicitur quod potest fieri in secreto: vt si dicat dominus. esto liber. vel per epistolam vel per testamentum: vel per quamlibet vltimam voluntatem

6 ¶ Quomodo reuocatur manumissio? R. propter omnes causas ingratitudinis ex quibus reuocatur donatio. de quibus. s. Donatio. i. §. 42. in auten. vt liberi decetero. §. illud.

7 ¶ In quo differt manumissus ab ecclesia a manumisso a priuato? R. quia propter operas non prestitas reuocatur in seruitutem. 12. q. 2. diaconi. secus in aliis: vt. C. de libe. cau. l. solo. Secundo quia filii eorum remanent obnoxii ecclesie sue patrone. 12. q. 2. de libertis: sed alii non. C. de libe. et eorum li. l. i. et 2. Tertio quia bui ecclesie possunt manumitti cum hoc quod non possit alteri quam ecclesie sua bona relinquere. 12. q. 3. c. i. et 3.

8 ¶ Utrum in manumissione possit dominus aliquod seruitium spirituale sibi imponere: puta quod sibi dicat horas et huiusmodi? R. quod sic: ita quod si seruare noluerit etiam si ordinatus fuerit degradetur et pristine seruituti subiiciatur. c. nullus. de ser. non or.

9 ¶ In quibus consistit ius patronatus R. vt no. in. l. fina. C. de bo. lib. in glosa i. primo vt non proponat turpem actionem aut exceptionem aduersus patronum. Secundo reuerentiam ei debet tam in faciendo quam non faciendo. Tertio prestare debet ei alimenta si alias non habet. Quarto patronus habet ius reuocandi eum in seruitute ratione offense commisse contra ipsum. Quinto patronus habet ius succedendi liberto. Unde tenetur libertus ei relinquere legitimam que est tertia pars suorum bonorum: si in bonis habet plus quam centum aureos: et nullos liberos habet cum decessit. si vero minus quam centum aureos habet in substantia non tenetur ei aliquid relinquere. quod si mortuus fuerit ab intestato nullo liberorum relicto: sic succedet in totum. Uide ibidem. et insti. de succes. libertorum. §. sed nostra constitutio.

Additio vide glo. in. l. venia. C. de in ius vo. et ad quod tamen patronus liberto est. gl. i. §. libertinorum insti. de lib

m **Athematici** sine aspiratione dicuntur diuini: sed cum aspiratione significat scientiam quadriuialem. vnde versus. Scire facit mathesis: sed diuinare mathesis. de quo vide infra. Sortilegium. et Superstitio: et supra. Diuinatio. Unde tales non debent ad limen alterius domus accedere: alias concremari debent: nec aliquis eos suscipere seu consulere alias debent deportari et bona eorum confiscari: et diuinator gladio vltore feri: vt. C. de male. et mate. l. nullus. l. nemo. et l. culpa.

m **Atrimonium** primo quidem est coniunctio maris et femine inter personas legitimas indiuiduam vite consuetudinem retinens. 27. q. 2. §. i. insti. de pa. po. in prin. et in. 4. sen. di. 27. de presump. illud quoque nobis.

¶ Utrum matrimonium sit sacramentum noue legis: R. quod matrimonium potest dupliciter accipi. aut quantum ad eius institutionem: et sic non est sacramentum noue legis: quia fuit ante nouam legem institutum alio modo quo ad eius effectum. et sic licet fuerit ante nouam legem institutum: non tamen habuit vim conferendi gratiam sicut modo in noua lege in qua non est euacuatum sed confirmatum: effectum gratie causatiuum: et sic est sacramentum noue legis. Hec Ricar. in. 4. di. 26. ar. 4. q. 2. 1

¶ Quid est in isto sacramento materia et forma? R. secundum Ricar. vbi. s. ea. q. verbum primo prolatum est materia: et verbum secundo est forma: quia sicut verbum accedens ad elementum facit sacramentum: sic verbum accedens: verbum precedens qui dicit accipio te in meam vxorem est forma huius s. dicendo: et ego accipio te in meum virum vel econtrario Ber in. c. tua nos. de spo. vult quod verba hinc [illegible] consentiens sit materia. 2

¶ Quid [illegible] et quod est [illegible] in matri

monio? R. Ricar. vbi. s. ar. 4. q. 3. ꝙ expressio cōsensus per verba de presenti ē sacramentuz tm̄. res ⁊ sacramētuz est vnio cōsensuū mutuū per verba de presenti expressuz. hec enī est res respectu significationis exterioris q̄ ē p sensibilia signa ⁊ est sacramētuz duplicis rei s. charitatis quā significat ⁊ dispositiue efficit ⁊ vnionis xp̄i ⁊ ecclesie quaz significat sz nō efficit. Ipsa autē charitas est res tantū ⁊ nō sacramentū. obligatio vero interior per mutuuz consensum expressa siue coniūctio exterior est res ⁊ sacramentum.

4 ¶ Utrum gratia gratū faciens cōferatur in hoc sacramēto? R. Ricar. vbi. s. ar. 2. q. 2. ꝙ sic. si digne contrahāt ex diuina institutione.

Matrimoniū

m Atrimoniū. 2. quomodo cōtrahitur. dic ꝙ ad legitime cōtrahenduz debent fieri banna: ⁊ quomodo publice ɔtrahēdū ē. de quo vide s. Clandestinum.

1 ¶ Per quid contrahitur? R. ꝙ per mutuuz consensuz verbis expressuz. c. tuanos. de spon.

2 ¶ Utruz sine mutuo consensu aliorum possit contrahi matrimoniū? R. s̄m cōmuniter theologos ꝙ quo ad deum et veritatez nō pōt esse matrimonium. si nō ambo consentiāt: simul dicant: aut faciant quicq̄d voluerunt ab extra. 27. q. 2. sufficiat. licet ecclesia aliud iudicet vt in. c. is qui. de sponsa.

3 ¶ Utruz requirat ꝙ cōsensus prestet simul eodē tēpore? R. Pa. in. c. dilect9 de spō. tenet ꝙ de subtilitate iuris necessario requirit vt sit eodē tp̄e prestet: q2 dicit glo. i. l. cōsensu. ff. de ac. ⁊ obli. ⁊ i. l. i. ff. de cōtrahē. emp. ꝙ in ɔtractibus q̄ perficiūt iure gētiū debēt cōsensuz simul p̄stare. ⁊ Spe. in titu. de spō. dicit ꝙ respōsio alteri9 debet sequi immediate per. l. cōtinu9 actus. i pri. ⁊. l. i. ff. de ver. obli. Hosti. vero. in. c. ex lris de spon. quē sequit Jo. an. dicit ꝙ sufficit cōsētiat p prius ⁊ duret i ꝓposito suo: ⁊ postea alteri9 cōsensus accedat ex postfacto: ⁊ ē verior opinio Hostiē. vt est tex. in. d. l. i. §. si ꝟo p̄sēs interrogauit: vbi dicit interuallū medij tēporis nō viciauit obligationē: secus si nō perseueraret i p̄rio ꝓposito: quia sic esset vera prima opinio ꝙ nō esset m̄rimoniū quātūcūq3 aliter cōsentiret postea.

¶ Utrū verba exprimentia consensuz de presenti sint necessaria ad matrimoniuz contrahen̄? R. cōmuniter theologi in. 4. di. 17. ⁊ moderniores canoniste vt no. Pa. in. c. tue fraternitati. de spō. tenēt ꝙ nō sunt necessaria etiam in loqui valētibus: dūmodo per alia signa exteriora cōsensus exprimatur; vt per nutuz ⁊ huiusmodi. Et istud tene: licet alij dicāt aliter. Facit pro hoc: q2 legata ⁊ fidecommissa solo nutu relinqui possunt etiaz a loqui valente: vt. C. de fideicōmis. l. ⁊ in epistola: ⁊. ff. de lega. 3. l. nutu. c. cuz apud. de spon. vbi dicit ꝙ sufficit cōsensus: ergo nō requirunt verba precise: cuz per alia possit exprimi: quia illud dicitur sufficere quo posito nihil aliud requirit ad substantiaz actus: vt no. glo. in. c. statutum. de rescrip. li. 6. Itez nō refert quid de equipolentibus fiat. c. licet. ex quadam. de testi. Item patet ꝙ mutus potest contrahere vt i. c. cū apud. de spō. ergo ꝟba nō sūt necessaria: vt patet i. d. c. tue fraternitati. ⁊ in glo. in. d. c. sufficiat. Et idō si quis diceret accipio te in meaz vxorem ⁊ si consentis vt sit matrimoniuz da mihi osculuz ⁊ illa dat: erit verum matrimoniuz: licz nullū verbū dixerit. de matrimo. contra. inter. ec. ɔtrac. c. i.

¶ Utrum sine aliquo sensibili signo exprimente consensum de presenti contrahatur matrimoniuz? R. secūduz cōmuniter theologos vbi. s. ⁊ canonistas in. d. c. tue fraternitati. ꝙ nō: quia est sacramentum ⁊ de ratione sacramenti est ꝙ sit in eo aliquod sensibile signuz. ⁊ ideo dicit glo. in. d. c. tue. ꝙ ad eē matrimonij duo concurrūt necessario vnū materia scz consensus: aliud forma. s. verba vel signa consensuz exprimētia. 5
Aduerte tamē ꝙ si pater contrahit et dicit verba pro filia presente ⁊ tacente q erit matrimonium: quia verba parentum ⁊ taciturnitas filiorum presentium et verba intelligentium equipolent sensibili signo exprimenti consensum interiorem. Quod veruz intelligo si ipsi p q̄bus contrahuntur aliquo signo [illegible] nō crede ꝙ sola taci

ternitas sufficiat. Et sic intellige ⁊ litta glo. in. c. non omnis. §. cum dicitur. 3. q. 2. ⁊ in dicto. c. tue fraternitati. ⁊ sanctū Tho. ⁊ Rica. in. 4. di. 27.

¶ Utrum ꝯsensus de futuro cū carnali copula faciat matrimoniū? R. sʒ Rica. in. 4. di. 28. ar. 1. q. 3. ꝙ quo ad deū ⁊ rei veritatem sine ꝯsensu reali de presenti non pōt esse matrimonium. c. tua nos de spon. Et ideo distinguit santus Bo. eadem di. ꝙ aut copulatur sibi affectu cōiugali ita ꝙ vir credit copulari cuʒ sua vxore: ⁊ ecōtrario: ⁊ sic copula facit matrimonium ꝓp consensum tacitum de presenti quo videtur implere velle qđ promisit. s. eam accipere nunc de presenti sicut antea ꝓmiserat de futuro. Aut cognoscit eā affectu fornicario: ⁊ sic nō est matrimoniū quo ad deum: sed ꝑsumptū quo ad ecclesiam ꝯtra quā presumptōeʒ non admittitur probatio vt in. c. is qui de spon. si tamē contraheret đ facto cū alia: teneret secundum matrimonium secundum Ricar. vbi. s. q. 4. qđ no. bñ.

Additio. Per aliđ aūt a carnali copula vel ꝯsensu de presenti nunꝙ sponsalia de futuro mente ⁊ verbis efficiunt matrimonium etiaʒ ꝑsumptum: ꝙuis interueniat traductio ad domum oscula. ⁊ etiam nexus ad copulam: vt patet per. c. fi. de sponsa. ⁊ in c. i. de matri. contra. inter. ec. contracto.

7 ¶ Quō cognoscent signa que exprimūt consensū de p̄nti? R. ꝙ recurrendū est i foro aīe ad intentionē. ꝙ si de intentione nescitur: sic dicendū est ꝙ si aliq̄ verba precesserunt ab vno eoꝝ, vel ab aliq̄ alio in eoꝝ presentia: ⁊ sic postea signa: sic ꝑm verba determinabitur de signis: vtputa si taliter dicit. Ego te accipio in vxorem ⁊ si tu similiter consentis accipere me in virum bibe vel annue capite ⁊ huiusmodi: sic erit matrimonium. Si vero p̄cedentia denotāt consensuʒ đ futuro: sic ⁊ signa. Qđ si nulla v̄ba p̄cesserunt: sic non iudicabo ꝓ matrimonio ex quo de intentione non constat. Tutius tamē est pro matrimonio presumere quia nullum periculum imminet: alias sic.

